

156











D. ALEXII PEDEMONTANI

DE SECRETIS LIBRI SEPTEM,

A IOAN. IACOBO UECKERO Doctore Medico, ex Italico sermone in Latinum conuersi, & multis bonis Secretis aucti.

Accesſit hac editione eiuſdem weckeri opera, octauus de artificioſis uinis liber.

BASILEAE.
APUD PETRUM PERNAM
M. D. LXIII.

1563

Ex libris Sebastiani volmarij



AMPLISSIMO AC REVERENDISSIMO D. D. NICOLAO A CRVCE &c. Christianißimi Galliæ Regis Consiliario, atq; apud Heluetios Oratori prudentißimo, Domino suo obseruandißimo, IOANNES IACOBVS WECHKER BASILIENSIS Medicinæ Doctor, S. P. D.



Nte annos plus minus tres, Amplißime uir cum septem selectorũ siue secretorum, ut uocant, libros, ex Italico in Latinum sermonem à me trãslatos, in lucem ederem, atq; eos ab omni genere hominum, qui quidem Latinè scirent, magno, ob raram quandam utilitatem, concursu excipi uiderẽ, aliaq; quàmplurima ipse mihi domi seruarẽ arcana, operæpretiũ me facturum arbitratus sum, si ea supradictis coniun-

gerem, opusq́ augerem, ac denuo sub incudem reuocarem. Continent enim omnis generis res arcanas atq; selectas, easq́ non minus uarias quàm ueras, modo probè administrentur parenturq́. Ut autem hisce de rebus gustum aliquē hîc prebeam, quid singulis contineatur libris tāquam per transennam ostendā. Primus namq; liber remedia, quæ ad uarios morbos, rara quidem, sed ratione inuēta complectitur. Huic secundus succedit, qui non solum modum conficiendi olea, ex rebus odoratis comprehendit, sed etiam aquarum, puluerum odoratorum, & smegmatum compositionem, quæ non solum ad plurima utilia censentur, uerū etiam scitu digna pulcherrimaq́ sunt. Tertius omnis generis fructus condire docet, delicatè quidem & artificiosè, ita ut hunc cōdiendi modum

dum in hunc usq; diem plerisq; incogni tum esse uideam. Quartus liber ea, quæ ad corporis ornatū pertinent, continet, gratum sanè opus nobilioribus fœminis atq; alijs, qui aliquam corporis deformi tatem tegere, corporaq́; uenustiora red dere exoptant. Quintus, ossa, ligna, fer- rum, pelles, aliaq́; huiusmodi quolibet colore tingere docet, quæ res non opifici- bus modò, uerùm alijs etiam quamplu- rimis expeti solet. Sextus uarijs de rebus tractat & maximè exquisitis, ad auri fices, aliosq; opifices pertinentibus. Septi mus aliqua de omnibus, quæ in superio ribus pretermissa uideri poßint, omni generi hominū oportunis. Ex his, tres libros, tertium uidelicet, quartū & se- ptimū nunc multis ac uarijs secretis au ximus, atq; etiam in meliorem ordinē digeßimus. Quibus nunc acceßit octa-

uus de Vinis artificiosis & medicatis, quē nos ex multis optimis, quibusdam etiā ignotis autoribus selegimus, ad multa utilē ac periucundum. Verùm cum in more & consuetudine positū sit, uir amplissime, omnibus scriptoribus, ut ea, in quibus elaborarunt monumēta, quibusq; aliquā cōciliarūt nouitatē, exire in lucē sine aliquo patrono minimè patiātur, uisum est hoc tempore mihi, cū extremam hisce libris manū imposuissem, te patronum eximiū optare, ac sub tui amplissimi nominis tutelam hosce meos qualescūq; labores, emittere. Quæ autē me, ut hoc facerem excitarūt, hæc sunt: primū quod te unum è multis qui ad nostram Heluetiorum gentem hisce turbulentissimis temporibus à Sapientissimo Regis Christianissimi consilio orator mitterere, delectum uiderē: quod

quidem

quidem non fecissent, nisi te hominem prudentia, & fide singulari cognouissent. His accedit quorundam nostratiũ, eorumq; nõ uulgariũ hominũ iudiciũ à quibus tua insignis humanitas, atq; in tractandis negotijs dexteritas facilitasq; paßim prædicatur. Summam eruditionem, eamq; uariam ac multiplicem taceo, facundiam non commemoro: quas dotes in te cum quadam matura ingenij celeritate commendari à uiris non insulsis audio, ut te uerè oratorem, hoc est uirũ sapientẽ tãdem Heluetijs nostris cõtigisse omnes fateantur. Hæc sunt, quæ me, ut hos libros in tuo fœlicißimo nomine, atq; omine ederẽ, impulerunt: qui quidẽ si tales nõ sunt, quales tua insignis uirtus et dignitas mereatur, facies tamẽ quod tua ista rara humanitate facilitateq; dignũ est, ut tenuis clientis munus grato animo accipias,

non tam quod datur, quàm à quo & quo animo datur, expendens: quãquam quod ad libros ipsos attinet, inueniet eos tua Amplitudo inuentione minimè uulgares, uarietate iucundos, effectu admirabiles, experientia certos, Hæc quidem de rebus ipsis pulcherrimis, quæ hoc exiguo opere continentur polliceri possum: quod tibi, uir clarissime, dono, tuæque integerrimæ fidei amplißimoq́ patrocinio totum committo. Quòd si, ut soles hilari & exporrecta fronte, animumq́ hunc unà meũ benignè susceperis, multum spei ad maiora adijcies, & me tibi deuinctißimũ perpetuò reddes. Deus optimus Maximus tuam Amplitudinem perpetuò sospitem & incolumen conseruet.

Basileæ Cal. Augusti.

1563.

D. ALEXII PEDEMONTANI AD LECTOREM PRAEFATIO.

NON dubito, quin ĳ quibus iam per multos annos noti ſumus, etiam illud noſſe poterint, me Dei voluntate nobili genere (vt cum ĳs loquar, qui vulgari, ne dicam inani opinone perſuaſi, nobilitatem magis in aliorũ meritis ponunt, quàm proprĳs & ſuis) procreatũ eſſe, ac ſupra meritùm meum, Fortunæ reliquis bonis, & commodis fuiſſe cumulatum. Dicam etiam, non gloriandi cauſa, ſed Dei dona prędicandi, me à puero literis operam dediſſe, cognitionemq́ linguarum nô ſolùm Latinæ, Græcæ, & Hebraicæ: verùm etiam Chaldeæ, Arabicæ, aliarumq́ gentium eſſe conſecutum. In primis verò cum philoſophiæ ſtudĳs, arcaniſq́ naturæ cognoſcendis deditus eſſem, annos ſeptẽ &

quinquaginta esse peregrinatum, vt eruditorum hominum haberem notitiam. Itaq; rerum multarũ, abditissimarumq; cognitionem mihi comparaui: quam quidem nõ ab eruditis solùm, verùm etiam à mulierculis, opificibus, agricolisq; haurire non dubitaui. Ter enim in Orientem sum profectus, aliasq; mundi partes peragraui: in quo illud pro certo affirmare possum, me aliquo in loco vltra quinq; menses non mansisse. Hoc meum studium ac desiderium non modò vniuersales disciplinas, verùm etiã singularia arcana experimẽtaq; cognoscẽdi, preterquàm quòd, vt & in reliquis naturale erat (omnes enim natura scire desiderãt) ambitione quadam, gloriæq; cupiditate sustentabatur, maximeq; auebã ea nosse, quæ alijs essent ignota. Quo factum est, vt ne amicissimis quidem (adeo tenax eram arcanorum) quę mihi essent comperta, aperire vellem. Semper enim dictitabam, si arcana quæ sunt, omnibus no

ta essent,

ta essent, arcana dici nō posse, sed peruulgata atq; cōmunia. Verùm enimuero, quum iam annos Lxxxij, mensesq; 7. natus esse᷑, versarerq; Mediolani, ibiq; opifex quidam calculo ita affectus esset, vt duobus diebus vrinam reddere nequiret, chirurgus quidam, qui eum curabat, sciens, me ad eum morbum certa habere remedia, rogauit, vt aliquod remedium ei cōmunicarem, vel medicamentum ipsi præberem, quo ægrum eo morbo laborantem curare posset. Ego verò cum hunc intelligere᷑, aliorum inuentis velle sibi commodum, laudemq; comparare, quod petebat, facere renui, sed si me ipse ad ægrotū duceret, remedium ægroto, idq; gratis, adhibiturum. Medicus verò, siue quòd puderet ab alijs suæ artis præsidiū accipere (fortè enim se id arcani habere prædicauerat) siue quæstus gratia, re᷑ in alios duos dies produxit, post quos tādem me ad ægrotū perduxit. Cum autem eò peruenissem, iā miser animam agebat: qui cum pau-

lùm ſublatis oculis me eſſet miſerabiliter intuitus, vitã cum morte cõmutauit. Qua de cauſa ita perturbatus, tãtaq; miſeratione affectus fui, vt mori & ipſe cuperem, præſertim cum viderim mea ambitione, gloriaq; inani effectũ eſſe, quo minus bonus ille vir meis remedijs ſubleuaretur, quæ Deus & pater ille clementiſsimus mecũ cõmunicauerat. Et quidem tãtum in me animi mei dolor potuit, vt iam in oculis hominum viuere nõ cuperem sed vitam ſolitariam agere. Verùm cum ita me cõparatum eſſe ſcirem, vt in cœnobijs inter monachos me fortiores, viuere non poſſem, locũ quendam à ciuitate remotum mihi cõparaui, vbi & agellum habeo ad vitandum otium, & aliquot libros: ibiq; vitam ago, meo iudicio monaſticam & religioſam, cũ vnico famulo, quo vtor, cùm ad alia mihi neceſſaria, tum ad victum non mẽdicandum nobis, ſed pecunia comparandum. Quoniã autem eius ægroti, cuius mortis propemo-

pemodum author fui, obliuisci non possum, non solùm illud remedium, verùm etiam omnia in publicum ede re volui, quę paucos admodum habe re certò scio. Verùm cum non nisi ve ra, ac re ipsa mihi cõperta atq; explo- rata edere velim, hisce diebus partim ex scriptis meis, partim ex memoria, collegi ea tantùm, quæ verissima cer- tissimaq; esse cognoui. Quòd siqua (quæ tamẽ sunt pauca) ex iam editis libris collecta videbuntur, nõ minus vtilia ideo censenda sunt, propterea quòd quæ antea erant dubia, nũc cer ta firmaq; me authore habeantur. Nã pro certo affirmare possum me, ita af fectum animo esse, vt nequaquã sim pro certis & veris ea editurus, quę ve ra ac certa esse non scirẽ: neq; hac prę sertim ætate, hacq; animi corporisq; mei affectione quicquam in vulgus proditurus, quod æternæ mihi igno- miniæ esset futurum. Illud tantùm le- ctores monitos velim, vt magna cum diligẽtia administrent omnia, & quæ


ad corpus humanum pertinẽt, ea medicorũ consilio, opeq́ aggrediantur: quãuis minimè ignorẽ, quosdam medicos inueniri, qui quadam rustica inuidia atq; arrogantia, quæ ipsi ignorant, ea soleant vituperare. Quòd si cui ex ijs, quæ hîc scribimus, aliquid parum feliciter cesserit, cogitet, quod fieri potest, se in aliqua parte aberrasse, denuoq́ rem ipsã ac maiori diligẽtia faciat, certum habens, nihil hoc in libro contineri, quod & certissimum nõ sit, & verissimum. Deo igitur mecum de his omnibus gratias agẽtes, præter hæc, alia etiam omnia, à me, Deo fauente, expectabitis, quæ tot annis, tot laboribus, itineribus, sumptibus, studio & industria conquisiui.



D. ALEXII PEDEMONTANI DE SECRETIS.

LIBER PRIMUS.

RATIO ET MODVS CONSERuandæ iuuentutis, senectutis tardandæ, ad tuendum hominem semper sanum & robustum, ac si in ætatis flore esset. Atque hæc partim diuturnis studijs, partim plurimis experimentis, sunt inuenta: quæ vir quidam magnus, pro matrona quadam magnifica confecit: & huiusmodi experimentis senem quendam annorum 70. canum, malè affectum, plurimisq; morbis vexatum, veluti ad ætatem 36. aut 38. annorum reduxit.



RIMO semper in animo, & ante oculos positum esse oportet, nullum beneficiũ, nullumq; bonum haberi posse quàm à Deo solo, cuius clementiæ & benignitatis magnus ille propheta, fidei conscientia non incerta, lætabundus clamat: Renouabitur sicut aquila iuuẽtus mea. Cæterùm hac ipsa clemẽtia & benignitate sua Deus nõ solùm

Ezechiæ vitam tot numero annorum prolongauit, ſed etiam effecit, vt Moiſes cẽtum & viginti annos vixerit, atque ita, vt ne dens quidem aliquis ei fuerit cõmotus, neq; viſus hebetior redditus ſit, neq; etiá capitis dolor eum vnquá infeſtauerit. Quare cum potentiſsimus benigniſsimusq́; creator & pater, vitæ terminum ſingulis aſsignauerit, hominemq́; deinceps in ſua reliquerit poteſtate, virtutes deniq; proprietatesq́; rebus omnibus attribuerit, fieri nequit, quin etiá ijs, vſq; ad prædictũ vitæ terminum dederit poteſtatem conſeruandi ſanitatem. Verùm cũ ignorantia noſtra fiat, vt rebus ipſis, ad naturam noſtram, morbosq́; occurrentes, accommodatis vti neſciamus: præterea & victus ratione male, & extra ordinẽ ſeruata, fit, vt magna ex parte ægri reddamur, iuuentutem præcipitemus, multumq́; vitam noſtram cõtrahamus. Itaq; ſi omnis noſtra ſpes, fidesq́; ſemper in eo ipſo ſita eſſet, nosq́; ipſi ſic propter infinitam ſuam erga nos benignitatem, diceremus: Lõgitudine dierum replebo eum, & oſtendam illi ſalutare meum: haud dubiè ſecuri, atq; ab eo afflati, rebus ab ipſo conditis, ad vſum noſtrum vteremur. Cum autem ſecreta quædam, non ſolùm à me ipſo, longa admodum experientia inueſtigata, atq; inuenta, ſed etiam ab intimo amico meo, alia quædam probata, ad conſeruandam reſti-
tuen-

tuendamq; tum sanitatem, tum iuuẽtutem, edere voluerim, primò liquorem seu potionem quandam, mirabiliter conseruantem & restaurãtem calorem innatum, humidumq; radicale, ponam, in quibus sanitas potissimum, robur, & vita humana consistit.

Liquor seu potio preciosissima, et inæstimabilis uirtutis, quæ conseruat, & restituit calorem innatum, & humidum redicale retinetq; tum sanguinẽ, tum uentriculum purum ab omnibus humoribus noxijs, ac postremò custodit, & in statum pristinũ reducit sanitatem, iuuentutem, producitq; uitam.

IN Maio cum catino vitreo, vel vitreato; mundo, collige rorẽ in aurora, supra rosmarinum, borraginẽ, & alias herbas bonas præter saluiam: propterea quòd certum est; quod scribit Boccatius: sub ea, videlicet saluia, animalia quædam venenosa frequenter conuenire, quam venenoso flatu inficiant. Quare cum folia à venenosa qualitate, quã susceperunt, mundificari frequẽti lauatione possint, & ros minimè, ros qui supra saluiã decidit, colligendus nequaquam est. Itaq; rore, quantum satis esse videatur collecto, tria vasa vitrea eiusdem magnitudinis parata habeas, vt tibi videtur, quorum vnum saccharum, alterum mel, tertium mannam teneat, sintq; omnia paulò supra partẽ vasis dimidiã

& quod reliquum eſt vacuum, dicto rore impleatur, obſtruanturq; ora eorum cera alba, ne vllo modo expirét, & ſeruetur in loco frigido ad vſum, vt infra dicetur. Deinde ſume ampullam paruam, & plenam agarici electi, non in puluerem redacti, ſed minutatim inciſi, & ſuperinfunde tantum ſucci, ſeu miuæ citoniorum, donec ſuccus emineat, & obſtruatur, conſerueturq; ad vſum. Poſtea

R. Succi Roſarum.
Cichorij.
Endiuiæ
Fumiterræ
Bugloſsæ
Borraginis
Maluæ
Violarum
Lupulorum Sing: part: j

& miſce. Deinde ſume aloes hepatici puluerizati lib. j. aut lib. ij. reponeque in catino vitreato. Hæc enim aloe ſic imbuta atque præparata, vt dicetur, ſancta & familiaris medicina cenſetur: ſiquidem ſingulis ſeptimanis in introitu lecti ſumpta ſemel, ſiue in forma pilularum, ſiue fruſtulorum, conſeruat corpora ab omni putredine, atque ab omni humore noxio. Valet etiá ad dolores iuncturarum, ad morbum Gallicũ, quemadmodum infra magis particulariter dicetur. Sumatur itaq; tantum huius aloes, quantum ſufficere videatur

videatur, ponaturq́; in catino vitreato, vt dictum eſt, vel in patina munda ad ſolem: deinde prædictis ſuccis imbuatur, vſq; ad pultis craſsioris conſiſtentiam: mox tela aut charta cooperiatur, ne quid pulueris ingrediatur, deinde ad ſolem relinquatur. Exiccata autem ferè aloe, rurſus prædictis ſuccis madefiat, atque vt antea ponatur ad ſolem: hocq́; toties iteretur, quoties aloe tantum ſucci imbiberit, quãtum dimidia pars aloes appenderit: exempli gratia: ſi fuerint lib. ij. aloes, facies aloen imbibere lib. j. ſuccorum. Quibus factis:

R. Turbit ℥.s.
Cinnamomi electi
Spicæ
Aſſari
Squinanthi
Carpobalſami
Xylobalſami
Ligni aloes
Bdellij, vel Myrrhæ
Maſtichis Sing: ℥.j.

Croci ℥.s: puluerizentur omnia & coquantur in ſufficienti quantitæ aquæ, remiſsè, per horam vnam aut paulò plus, deinde coletur, atque prædicta aloe rurſus imbuatur hac decoctione, vt ſupra factum, ſiccetur & conſeruetur. Eſt enim medicina valde pretioſa. Quoniam interdum ſumpta, vt dictũ

est, conseruat corpora sana, vitam robustam atq; prosperá, caput mundificat, coloremq; bonũ corpori conciliat. Possunt autem hac aloe, vti pauperes, qui parandæ huic potioni, de qua in hoc capite sermo nobis est, non sufficiunt. Hæc itaq; aloes, cum magna diligentia in ligneis vasis conseruetur. In quem autem vsum cum reliquis veniat, postea dicetur. Cæterùm sumatur aquæ vitæ nõ quidem primæ aut quartæ distillationis, sed secundæ potius aut tertiæ, & impositis rebus sequentibus, inq; tenuissimũ puluerem redactis, in diuersis phialis vitreis, scilicet paruis & magnis, superinfundatur tantũ, vt ad tres digitos emineat, fiatq; modo, quo iá dicetur. Res autẽ sunt huiusmodi. Sumatur vncia vna magaritarũ, aqua pura ter aut quater ablutarum, quæ siccatæ, in succum malorũ limmoniorũ, vel aureorũ per tres dies immittátur, postea in phialam vitreá vnà cũ dicto succo collocentur, addaturq; tantum aquæ vitæ, vt ad tres digitos emineat, vt iá dictũ est. Quo facto sumatur vncia vna corall. rub. qui similiter in succũ, vt de magaritis est dictum immiti debent, deinde madefieri vt antea. Rursus in aliam phialam vitreá Chalcanti siue vitrioli Romani ℥. iiij. similiter cũ aqua vitæ permisceantur. Quibus factis,

℞. Florum Rosmarini
Borraginis

Buglossæ
Saluiæ
Chelidoniæ
Hyssopi
Scabiosæ
Rutæ
Perforatæ
Calendulæ Sing:part:j. Possunt etiã cum his folia valde tenuissima sumi.

Hæc omnia in mortario ligneo vel lapideo fragantur, non pulverizentur, deinde in vnam aut plures phialas vitreas simul imponantur, superinfundaturq; tantum aquæ vitæ, donec ad tres digitos emineat. cooperiãtur cera alba, aut lana. Postea R. Croci subtiliter pulverizati, ℥.s. & separatim in phialam cum aqua vitæ positi, vt in alijs. Rursus in aliam phialam vitream conijcito theriacæ optimæ ℥.iiij. cum sua aqua vitæ, vt prædictũ est. His omnibus factis,

R. Cinnamomi electi
Ligni aloes
Anisi
Sem: Fœniculi Sing. ℥.j.
Sem. apij ℥.s.
Sem. mali citri ℥.ij.
Caryophyllorum ℥.ij.
Granorum Iuniperi. ℥.iiij. vel v.
Mirrhæ
Ameos Sing. ℥.s.

Belzoini ſeu Aſſæ odoratæ
Sandal. omnium Sing. ℥.j.
Styracis liquidi ʒ.ij.
Cort. mali citri ℥.ij.
Myrobalanorum omnium
Pinearum mundatarum Sing. ℥.iij.
Carabe. ℥.ij.
Rad. dictamni albi ℥.iij.
Muſci ʒ.j. aut ℈.ij.

Miſceantur & pulueri zentur omnia, & repo nãtur in phialam vitream cum aqua vitæ, vt prius. His omnibus ſic ſe habentibus, prædictas phialas aut ampullas cera & charta pergamena obturatas, ad ſolem per diem & noctem manere oportet. Sequenti verò die, omnes in alteram phialam, eamq́; amplam & craſſam, euacuandæ ſunt, ita vt ſola aqua vitæ, materia in fundo relicta, eximatur. Euacuatis itaq; omnibus, tam magnis quàm paruis, conſeruanda erit in loco, à ſole remoto. Verùm ſciendum quòd prædictę tres phialæ, ſcilicet cum ſaccharo, manna & melle, minimè ad ſolem collocandæ ſint. Aqua vitæ ab omnibus phialis detracta, vt dictum eſt, rurſus euacuatas implere & obturare, atque ad ſolem collocare conuenit, vt prius: dein de rurſus exinanire, vt antea, atq; hoc ſepties aut decies faciendum, aut toties, quoties aquæ non amplius colore à rebus impoſitis inficiantur, ſed omnem virtutem ab ijs iam

ſum-

ſumpſerint. Sæpius autē hoc facere melius eſt. Omnes enim per balneum Mariæ tranſi re oportet, vt mox dicetur: vnde, ſiue multa ſiue pauca tranſeat, atq; ita nihil de virtute & ſubſtantia earũ rerũ amittitur, præſertim omni virtute ab aqua vitæ extracta: qua de cauſa quatuor aut ſex ſtatim à principio paratæ eſſe debent. Tota igitur aqua vitæ in magnam phialam coniecta, ſumatur, & tres reliquæ, cum ſaccharo, manna & melle: præterea & parua cum agarico, & omnia vnà cum tribus vncijs aloes, ſuperius paratæ, ſimul miſceantur, conijcianturq; in cucurbitá vitream maximam, firmam, vel (ad maiorẽ ſecuritatem) in plures diuidatur, & alembico ſuper impoſito, ne vllo modo reſpiret, diſtillentur in balneo Mariæ, vel eodem tempore vel diuerſis: atq; ſic omnis aqua extrahetur clara vt cryſtallus. Hæc aqua æquè bona, vt altera, imò multò melior eſt: quoniam ſæpius diſtillata, & tenuior & efficacior redditur. Poteſt etiam eadem ſumi per os: ſiquidem aliquid etiam virtutis à rebus cum quibus ſtetit, ſibi attraxit. Itaq; operá dare oportet, vt cum tantum aquæ diſtillando exierit, quantum quarta aut tertia, ex quinq; partibus fuerit extracta, reliqua in vitrea cucurbita maneat: qua deinde refrigerata eximetur, auferendo primò alembicum, & vaſa recipientia aquá, quæ prius in vaſe vitreo ali-

quo, aut pluribus seruetur ad vsum, vt supra dictum est. Altera verò infundo cucurbitæ vitreæ relicta, atque colorata, in aliud vas vitreum firmum paleisque, vt solet, in parte ima, munitum, ne frangatur, collocetur: deinde optimè cera, lana & charta pergamena obturetur, ne aliquomodo expirare queat: postremò in loco aliquo clauso, à sole & omni calore remoto, seruetur. Atq; huic potioni, quantum ad eius virtutes nihil æquiparari potest: nam si ea quis singulis hebdomadis vnum cochleare, semel aut bis vtatur, conseruat sanitatem, liberat & sanat omnē malam corporis affectionem, custodit, corroborat atq; restituit calorem innatū & humidum radicale, corpus robustum atque iuuenile retinet: item caput memoriamq; confirmat, colorem corporis emendat cum sua ui quoq; anhelitu, ita vt aliter fieri nequeat quin sit inęstimabilis & incomporabilis virtutis. Quare, quantum Deo debeatur, qui tam mirabiles, rebus ab ipso creatis, virtutes attribuerit, & postea seruis suis mentem aperuerit ad hæc cognoscenda, vtendaque ad mortaliū vtilitatē, explicari non potest. Modus autem sumendi hanc potionē, sic se habet: In hyeme nanq; sola, aut cum iure carnium vituli, aut veruecis, aut pulli, vino Cretico, Gręco, aut vino albo optimo sumenda erit: in æstate verò cùm aqua buglossæ, aut

cum

cũ prædicto iure, in quo prius bullierit borrago, buglossa, lactuca, cichorium, endiuia, vel saltem horum aliqua: atq; omni tẽpore valet vnum cochleare plenum, cũ dimidio poculo lactis mulieris masculum nutriẽtis, vel caprini lactis, sumptum. Equidem quantitas aliquando variatur, secundum temperaturam hominis, anni tempus, ætatem, &c. Quoniã senes debiles, infirmi, phthisici & cõsumpti, maiori quãtitate opus habebunt, sæpiusq́; hac vti poterunt, quàm ij qui firmiores fuerint. Præterea in Vere, maiore quantitate, sępiusq́; ea vti licet, quàm ęstate. Quòd si flores & herbæ cæteræq́; species vno eodemq́; tempore non reperirentur, prædicta quoq; potio vno eodemq́; tẽpore fieri haud poterit, nisi longiori tẽporis spacio, nempe incipiendo à prima aut secunda septimana Maij vsq; ad finẽ Septembris vel Octobris. Quare ea quotidie colligantur, quæ in prõptu existunt, inijcianturq́; vel separatim, vel vnà cum alijs in phialam, vt dictum est. Collectis nũc omnibus, ad finem reducatur potio, vt est dictum. Quòd si verò omnia haberi nõ possent, fiat cum ijs, quæ adsunt, cũ nõ minoris ferè sit virtutis. Verùm melius est vt omnia adsint, maximè cũ facilè paruoq́; pretio haberi queant. Qui autem rem perfectiorem desiderat, is physicam auri dissolutionem sibi paret, cuius pars vnà cum potio

nis duabus misceatur. Nos quidem modum dissoluendi auri, bonum certumq; inferius docebimus. Summum verò optimumq; modum, quem studio & diligentia per omnem ætatem nostram acquisiuimus, hoc in loco non ponemus, propterea quòd absq; oculorum intuitu disci nequeat. Quare his sic se habentibus, alium quendam modum, bonum, certum, atq; necessarium, & forsitan à multis hactenus non visum, paulò inferius ponemus.

Potio loco syrupi aut medicinæ sumenda, & maximè ab ijs, qui opus purgatione habent. Conuenit autem omni temperamento, omniq; ætati, potestq; per multos dies absq; periculo sumi. Nam quandiu humores noxios inuenit, tandiu eos purgat, & deijcit: quibus deniq; vacuatis nõ amplius purgat, neque ullam prorsus læsionem affert. Valet ad morbum Gallicum, atq; ad omnem malam, tum uentriculi, tum capitis, affectionem. Præterea sanis etiam confert, dummodo bis in anno, Vere scilicet & Autumno sumatur.

R. Foliorum maluæ, quantum volueris, & coque in tribus aquæ mensuris, vsq; ad consumptionem tertiæ partis, deinde coletur, addaturque

Mellis
Tartari Sing. lib. s.

Bul-

Bulliant omnia lento igne per horam dimidiá, despumando ipsum mel, pòst coletur, &

℞. Foliorum senæ
Ligni guaiaci Sing. ℥, vij.
Salis ammoniaci ʒ.ij.

Terátur omnia & cribrentur, deinde in prędictam colaturam feruentem, paulatim immittantur, cõtinuè miscendo ligno aliquo: mox cooperiatur optimè, ne vllo modo expirare possit: deinde rursus ad ignẽ per exiguum spatium ponatur: demum auferatur ab igne, atq; puluinari prius calefacto, inuoluito, sicq; per decem aut duodecim horas relinquito. Quibus factis:

℞. Rhabarbari optimi, & minutatim incisi ℥.iij. aut iiij. quod infunde in dimidiam mensuram vini per vnum aut duos dies, deinde coletur, addaturq; decocto supradicto, cum vncia vna aloes hepaticæ superius prępara-tæ, & puluerizatæ, aut eius, quam seplasiarij lotam, ex succo rosarum, appellant: casiæ ℥.s. Hæc cõpositio seruetur in phiala vitrea, vel alio vase vitreato. Modus autem sumendi hanc potionem, huiusmodi est: mane in aurora sumatur dimidium poculum tepidum, aut plus, pro necessitate, deinde maneat in lecto aliquantulum, dormiatque, si vult, demum surgat, ambuletq; vel domi vel extrà perficiendo negocia sua: verùm in domo manere, semper melius atq; securius est,

propter ventris necessitatem. Potest autem hac potione quiuis vti, per v. vij. viiij. aut xj. dies, propterea quòd sæpius sumpta nequaquam lædat: est enim medicina salubris & pretiosa humano corpori, ita vt si quis hac vtatur, alia purgatione non indigeat.

Facile & optimum Remedium, ad quamuis pessimam morbi Gallici speciem, siue ea cum doloribus, siue ulceribus, siue iuncturarum tumoribus sit. Est quidem parui pretij, atq; sine periculo, quo etiã in profectionibus uti liceat, suaq; quemq; foris curare negocia.

R. Mellis non despumati lib. iij.
Succi Calendulæ lib. j.
Aloes hepaticæ, superius præparatæ, aut lotæ, puluerizatæ, ℥. iij. misceantur & ponatur in ollam vitream, superinfundaturque tantum sequentis aquæ, donec ad iiij. aut vj. digitos emineat, quæ huiusmodi est.
R. Ligni guaiaci, lima, aut tornatili instrumento, minutatim concisi ℥. vj. coquatur in aqua communi, quantum satis est, deinde rebus prædictis superinfundatur, vt dictum est, addanturque.
Aceti squillitici ℥. ij. & coquantur omnia simul igne lento per horã dimidiam, aut plus, optimè mel ipsum despumando, in fine deniq; addantur: Cinnamomi electi, puluerizati ℥. ij. aut ℥. iij. & remoueatur ab igne, serueturque

turq́;. Huius potionis poculum, plenũ, tepidum in aurora ſumāt ægri, ſtatimq́; mādent vel malum cotoneum, vel ſorbam, vel vuam acerbam, vel malum granatũ, vel aliquid rerum aſtringentium: qua ſumpta, maneant in lecto ęgri, quandiu voluerint, & dormiāt: poſtea verò, ſi placet, ſurgāt, domoq́; exeāt, ſi qua negotia ijs ſunt peragenda. Verùm vt iam ſupra dictum eſt, melius eſt in lecto, aut domo quieſcere, quàm foris verſari, propter euacuationes. Poteſt autem hęc potio, alternis tantùm diebus ſumi, vel ſaltem, niſi morbus ſit admodum vehemens, bis in hebdomada, & mirabilis inde ſequetur effectus, neque alia guaiaci decoctione, neq; alijs medicamentis quis opus habebit, quàm hac ſola: omnibus enim conuenit, vt pote ſæpiſsimè atq; in plurimis probata.

Modus conficiendi Aurum potabile, ad conſeruandam ſanitatem & iuuentutem, ſiue per ſe ſumptum, ſiue cum ea potione, cuius in capite, huius primi libri, ſecundò mentionem fecimus. Præterea ſanat omnem morbum incurabilem, ſeptem ad ſummum diebus.

R. Succi malorum limoniorum, menſurā vnam, quam ad ignem, donec penè ebulliat, ſines: deinde remoueatur ab igne atque primò ter, aut quater, per linteum, deinde per pannum lanęum coletur, addanturque.

Mellis non deſpumati lib.ij.
Salis communis albi in puluerem redacti, lib.s.coquátur omnia lento igne, donec mel optimè deſpumatum fuerit. Atq; hęc omnia diſtillare conuenit, primò quidem igne perquàm lento, deinde maiori, poſtremò maximo. Materia autem refrigerata, alembicum ſimul cum aqua recipientium vaſorum, tollatur, colloceturq; in phialam vitream, atq; ita, ne aliquo modo exhalare poſsit: quo facto fæces in cucurbitæ fundo relictæ, eximantur, atq; in ollam coopertam, & luto inuolutam, vt igni reſiſtatur, imponantur, atq; vel in figuli, vel vitriarij fornace, calcinentur per dies tres. Hanc igitur materiam ſumito, atque ſubtiliter puluerizato: quæ ſi fuerit libra vna, quatuor vncias mannæ, & duas ſacchari candidi, adiungito: ſi verò libram vnam non appenderit, minus mannæ aut ſacchari addito, ita, vt proportione reſpondeat, omniaq; in cucurbitam vitream bene lutatam, vnà cũ aqua ſuperius in phiala con ſeruata, inijcito, bisq; tantum aquę uitæ efficacißimæ addito, quantum dicta aqua fuerit: deinde alembico ſuperimpoſito, primò igne lento diſtilletur, quoniã aſcendit facilè: deinde cũ diſtillare ferè deſinat, ignis augeatur, quo omnia diſtillatione eximãtur. Hac deniq; cucurbita, recipientiumq; vaſorum aqua relicta, ac minimè commota vſq; ad

ad vſum. Ad hæc ſumas foliorum auri puriſſimi xxiiij. charactêrum, & cum cemēto vel antimonio purgati, eo pondere, quo vti volueris, atq; in catino vitreato cum iulappio roſaceo, aut violaceo cōteras, eo modo quo colorum materiæ ad ſcribendum conteruntur, vt in quinto libro docebimus. Quare auro optimè trito, atq; melle aqua callida abluto, vt inferius docebitur, in vitream cucurbitam conijciendum erit. Quibus factis alembicum ſuperius in fornace, vnà cùm vaſorũ recipientium aqua relictum auferas, atq; in phialam vitream anguſti oris reponas, ne vllo modo expiret. Itaq; prædicto auro tātum huius aquę ſuperinfundas, donec ad quinq; digitos emineat: deindè alembico ſuperimpoſito, ita vt reſpirare nequeat, igne admodum lento diſtilletur, donec aqua ſupra aurum poſita, omnis exierit: Neq; in fine ignis eſt augendus: neq; etiā mirandum, ſi aurum ex toto non exiccatum fuerit. Aqua autem omni detracta, alembicum vnà cum vaſe recipiente eleuetur, atq; rurſus aqua, ſuperius in vitrea phiala anguſti oris, ſeruata, auro ſuperinfundatur, vſq; ad quinq; digitorum altitudinem. Qua de cauſa conſultius eſt, vt duo adſint, quorum alter alembicum extollat, alter nouam aquam infundat. Quo facto alembicum cucurbitæ imponatur, obtureturq́; optimè, ne quo modo expirare queat,

deinde diſtilletur igne lento, vt prius. Aqua autem omni extracta rurſus alter alembicũ extollat, alter verò nouam aquam infundat, vſq; ad quinq; digitos, deinde diſtilletur vt prius, atq; hoc toties iteretur, quoties omnis aqua auro, ſuperinfuſa, atq; deinceps diſtillata fuerit. Poſtremò aurũ à cucurbita eximito, atq; in aliam cucurbitã vitreã non valde magnam ponito, ſuperinfundendo omnem aquam ſæpius diſtillatam, deinde alembico ſuperaddito, in balneo Mariæ tepido, & non feruenti relinquatur per quindecim aut viginti dies, ita vt nequaquam diſtillet. Deinde aucto igne, diſtilletur in dicto balneo Mariæ, bulliendo, donec totus exierit. Atq; ſic in cucurbitæ fundo, aurum, in liquorem precioſiſsimum diſſolutum videre licet, quod in vaſe vitreo bene obturato ſeruetur. Quòd ſi quis ipſum ſubtilius atq; efficacius parare volet, is ſæpius diſtillationes iteret, eoq; modo procedat, vt ſuperius: nempe tãtum aquæ ipſius, antea deſtillatæ, rurſus ſuperimponat, vt ad quinque digitos accedat, hocque toties faciat, quoties volet: quanto enim ſæpius diſtillatur, tanto etiam melius, atq; præſtantius aurum euadit. Atq; ſic verũ phyſicum & perfectiſsimum aurum potabile habebis: quo ſi quis ſemel, aut bis in menſe vtatur, ſiue per ſe, ſiue cum potione prædicta in capite ſecundo, conſeruat iuuẽtutem,

ſanit

ſanitatem, omnemq; incurabilem ægritudinem in paucis diebus perſanat. Valet prætèrea ad multa alia, alijs de cauſis, vt prudentes naturæ inueſtigatores, per ſe ipſi cogitatione comprehendere poſſunt. Hac etiam via ac ratione, argentũ in folia redactũ, parari poteſt, atq; rectè argentum potabile fieri, quod & ſi nõ tantę virtutis, atq; aurũ potabile ſit, tamẽ fieri nequit, quin admirandę etiã ſit virtutis. Ante quinque enim annos, Anglum quendam vidi, qui cum huiuſmodi argento potabili, forſitan alio modo parato (cũ varij conficiendi ſint modi, qui ad eundem tamen finem tendunt) plurima, veluti miracula faciebat, ſanando ægritudines corporis humani grauiſsimas.

Ad ſanandum ulcus carnoſum in uirga, etiam ſi fuerit inueteratum.

R. Fæceş ex melle diſtillato: vel his deficientibus, ſumito mellis ad iuſtam craſsitudinẽ cocti: deinde ponito in ollam, ad cremandum vel in figuli, vel vitriarij fornace, donec auri colorem aſſumat. Hæc materia valet ad omnes plagas: nã carnẽ putridam, atq; mortuam conſumit, poſtea mudificat, & abſque vllo dolore perſanat. Qua de cauſa ad ſanandas plagas multò melior eſt, quàm æris flos præcipitati, quo plurimi chirurgi ad eundẽ affectum vtuntur.

R. Igitur huius pulueris ℥.j.
Stercoris canini ℥.ij.
Tartari albi ʒ.s.
Sacchari albiſsimi
Aluminis vſti
Tutiæ, Sing:℥.j.

Terátur omnia atq; cribrentur: deinde R. foliorum oliuæ recentium, contudanturq́; in mortario lapideo optimè, adijciendo parū vini albi, poſtea bene expreſſo ſucco, addatur tantundem ſucci plātaginis, ponaturq́; ad ignem, infundendo paulatim prædictos pulueres, atq; cōtinuè miſcendo: poſtremò parum ceræ viridis ad iūgatur, parum mellis roſacei, fiat vnguentum molle, atq; ſeruetur. Eſt autem valde pretioſum ad carnem conſumendam, conſiſtentem præſertim in locis valde ſenſibilibus, quæ fortia medicamenta reſpuunt, propter dolorem. Modus verò vtendi huiuſmodi eſt: Syringa parua, vino albo impleatur, in quo prius roſæ ſiccę & folia plantaginis cocta, deinde parum lactis mulieris, vel caprini adiectum fuerit, ponatur in virgam, quæ eo vino optimè lauetur: deinde mucronem candelæ ceræ, longæ ac paruæ, vt virgæ meatū ingredi valeat, ſumito: in eius mucrone, prædicti vnguenti parum affigito, atque in virgam, candelam prius calefactam, ne frangatur, per paruum temporis ſpatium immittito, quo vſq; ad vl-
cus

cus pertingat, atq; vnguentum ibi reliquat. Hoc bis in die faciendũ, manè ſcilicet, & veſperi: atq; cum hæc adminiſtrantur, ęgrotus in lecto ſupinus recumbat, & ſic admirabilem effectum videre licebit: nam paucis diebus, abſq; vllo periculo, æger ſanabitur.

Ad omnem Hepatis calefactionem, atque aliam malam affectionem, ſecretum, quo omnes, qui his de cauſis, faciẽ ueluti leproſam, pedes tumefactos, manusq́; incenſas, atq; ſcabras intus habere uidebãtur, fuerunt perſanati.

R. Farinæ hordei, vel amyli, quantum ſatis eſt, & coquatur in aqua fontana ad ſemihoram, deinde coletur, addaturq́;,

Maluæ
Cichorij
Lupulorum
Endiuiæ
Borraginis Sing. part. j.
Sandali citrini ℥. j.

Coquantur omnia vſq; ad ſufficientiam, deinde colentur, adiungaturq́; Caſsiæ recẽter extractæ, & per linteum in dictam decoctionẽ expreſſæ ℥. j. poſtremò adiecto ſaccharo dulcis potio reddatur. Huius itaq; potionis in aurora ſumito poculum vnũ, alternis tantùm diebus, & pronè in lecto recumbito aliquantulum, dormitoq́;, ſi lubet: deinde ſurgito, atq; negotia, ſi qua ſũt, peragito. Eſt au

tem potio hæc æstate tantũ sumenda, & nõ hyeme. Pręterea si quis ventriculum natura frigidum haberet, is ventrem panno aliquo rubro, seu purpureo, quem vulgus Italorum Scarlatum appellat, cooperiat, vngatq; ventriculum interdum oleo, pro ventriculo imbecillo, quod inferius docetur.

Secretum rarum atq; pulchrum, pro hæmorrhoidibus una nocte supprimendis.

Folia sambuci viridia in aqua, supra pannũ rubrum, quator digitorum latum, ita vt manui respondeat, distendi, atq; hęmorrhoidibus sic çalida adaptari debent, si quidem prius parũ olei oliuarum supra additum fuerit: verùm cum hæc administrantur, ægrũ pronè in lecto sitũ esse oportet. Quo facto mox supra alium pannum rubrum, similiter alia folia ponantur, vt dictum est, atq; priore ablato. superimponatur, vt prius: atque sic per integram noctem continuè procedendum. Quod si per integrá noctem continuare nõ liceat, iteretur toties, quoties fieri potest, interim tamen æger somno permittendus est, modò dormire possit. His quidem sic se habentibus, fieri omnino nequit, quin sequẽti die, mane sanus conspiciatur.

Vnguentum nobile ad ignis ustionem, quod sanat, signo nullo relicto.

R. Albu-

℞. Albuminorum ouorum n°.ij.
Tutiæ Alexandrinæ
Calcis viuę, atq; nouies lotę Sing. ℥.ij.
Ceræ recentis ℥.j.
Miſceantur atq; cum oleo roſaceo, quantū ſatis eſt, fiat vnguentum.

Remedium rarum perfectum, ac probatum, ſi quis cibum retinere non poſsit, atq; imbecillū uentriculum habeat.

℞. Fruſta alabaſtri incenſa aliquot, atque ter aut quater in ſcutella olei plena, extincta, quibus deinde ſubtiliter cōtritis, in oleum, in quo extincta fuere, ponantur, addanturq; ceræ rubræ lib.ij. & miſceantur omnia, atq; diſtillentur, donec oleum totum exierit: cui denique adiungito, myrrhæ optimæ, atq; in puluerem redactæ ℥.s. & conſeruato. Quando autem quis hoc oleo vti volet, ſumat parum ex eo, & parum abſinthij, atq; ſimul in vaſe aliquo ferreo, vel fictili coquat, nō diu: deinde veſperi in lecto os ventriculi inungat. Qui hoc vtitur oleo, fieri non poteſt, quin ſtomachum robuſtum atque perfectum ſibi comparet. Cæterùm poteſt etiam quis vti ſæpius roſmarino, ſiue crudo, ſiue cocto, ſiue in vino poſito: atque ſimiliter aqua vitæ, inferius poſita: quæ mirabilis quoque eſt.

Remedium quo mulier quædam. 36. annorum fuit perſanata, quæ tingẽdis in ſole capillis, alijsq́; de cauſis, uentriculum ita malè affecit, ut per ſeſquiãnum, nullum uentris beneficium habere potuerit, atq; cibo ſumpto ſtatim euomuerit: Quibus de cauſis pallida atq;, ligni inſtar, arida fuerit.

Monachus quidam Auguſtinianus doctiſsimus, atq; ſecretis raris, infinitisq́; abundátiſſimus, mulierem quandam in xxvij. diebus ſequenti remedio à prædicto morbo liberauit, ita vt tam colorem, quàm formam priſtinã, omnino reſumpſerit. Primò itaq; victus rationẽ talem conſtituit: Panes paruos conficiebat, atq; in clibano (quem paratum habebat, ſimilem ijs, in quibus panes coquuntur) roſmarino incenſo, calefacto coquebat, quos ſic mulieri per octo aut decem dies exhibuit, ſimul cum alijs cibis delicatis, cinnamomo & ſaccharo conditis. Vinum præterea album neq; potens, neq; aqua dilutũ, præbuit. Quo facto præcepit, vt ſingulis diebus manè, digitum latum ſequentis aquæ ſumeret. Aqua autem huiuſmodi eſt:

R. Aquæ vitæ menſuram dimidiam
Corticum malorum aranciorum ʒ.j.
Florum roſmarini m.j.
Cinnamomi electi ℥.j.
Croci ℈.s.
Belzoini ſeu aſſæ dulcis ℥.j.

Muſci

Muſci parum, miſce & ſerua.

Cæterùm lauacrũ ex roſmarino & alijs herbis odoriferis parauit, quo eam ſemel tátùm in hebdomada lauari permiſit: deinde ſingulis quoq; diebus veſperi in lecto, cum prædicto oleo diſtillato atq; abſynthio cocto, vt totum pectus vngeret, iuſsit: præterea ſomno plus quàm vigilijs ſtuderet: pannum quoq; ſupra pectus haberet: aliquando etiam confectione Diambræ vteretur. Atq; his omnibus factis, mulier in xxvij. diebus prorſus ſanitatem recuperauit, quam nullus medicorum curare potuerat.

Ad puerorum Vermes tria remedia ſingularia.

Primum.

R. Floris farinæ triticeæ ℥. ij. cui tantum aquæ fontanæ ſuperinfunde, donec lactis modo conſiſtat, deinde pro lacte, in potu exhibeto, eumq́ue ſic relinquito: videbis enim in deponendo vẽtris onere, omnes vermes eiectos: & eſt valde nobile ſecretum.

Secundum.

Accipe malum aurantium, atq; in parte ſuperiore inciſum & perforatum, vt tantũ ſucci pulpæq́; exprimatur, excaueturq́;, donec ad dimidiam partem vacuum reddatur: Poſtea ſpatium illud vacuũ, imple oleo laurino, & ſucco tam rutæ quàm abſynthij, theriaca & lupinorum farina: demum cum aliquantulum ad ignem cocta fuerint, in dicto pomo,

vmbilicum, cor, tẽpora, nares, pulsusq́; inungito, & videbitis effectum admiratione dignum.

Tertium remedium ad uermes, præsertim infantiũ, & eouum puerorum qui per os aliquid sumere nolunt.

Infantis venter, pectusq́;, aqua vitæ optima lauetur, deinde statim supra inspargatur aliquantulum myrrhæ, in tenuissimum puluerem redactæ, relinquaturq́; aliquandiu pectore supino, & sic instante ventris necessitate, omnes vermes excernentur.

Ad Lunaticam (Italicè, Mal della luna, fortaßè conuulsionem intelligit) affectionem puerorum, ex qua tremunt, & semimortui apparent, quod nulla alia de causa euenit, quàm quòd sæpius in ijs uermis quidam generatur, cor ipsum petens, tremorẽ inducens, atq; etiam nonnunquam mortem.

Tanaceti (Ital. Madrogni) ramuli teneri in vmbra siccentur, atque in puluerem redigãtur, cribrenturq́;, deinde drachmæ duæ sequẽtis pulueris addãtur, qui huiusmodi est.

R. Radicum gentianæ
Pæoniæ longæ Sing: ℨ.ij.
Myrrhæ ℨ.j.

Misceantur & terantur. Et cum vti voles, parum huius pulueris sumito, scilicet quantũ duobus digitis comprehendi potest, atque

aquæ

aquæ guttam addito, ita vt madefiat, deinde ore & labris infantis, ter, aut quater inũctis, fieri nequit, quin vermes omnes vnà cum reliquis excrementis excernantur. Est autem hoc expertum sępius: quoniam in plurimis, qui ob talem affectum interięrunt, & postea dissecti fuerunt, vermis ille inuentus, atque cordi appensus fuit. Ad hunc etiam affectũ tria supra dicta remedia valent.

Ad morbum Comitialem.

In Maio, sumito chamædryos (nam tũ temporis maximè floret) quæ in vmbra siccetur, & in puluerẽ redigatur. Deinde cum vti voles, accipe ouorũ vitellorum vnũ aut duo & vnũ cochleare prædicti pulueris, quibus deniq; optimè mistis, & coctis, ægro per octo dies, manè scilicet & vesperi, ad comedẽdum detur. Verùm interim à coitu, leguminibus, acetarijs, carnibus duris, cęterisq; cibis vitiosis abstinere oportet: & est secretũ nobile & bonum.

Oleum ex sulphure ad Cancrum, Fistulas, & alia antiqua ulcera.

Sulphuri contrito, tantum olei cõmunis addito, donec pastę modo consistat: deinde in cucurbitam vitream ponito, & distilla. Atq; de hoc oleo sumito ℥. iiij. aquæ plantaginis, succi cardui benedicti: Sing. ℥.ij. bulliant

omnia ſimul, in olla vitreata, per modicum tempus: cum vti voles, plaga cũ aqua vitæ, vel vino albo prius optimè lauetur, demum oleum ſuperaddito: per paucis diebus æger ſanabitur.

Ad extrahendum, ex uulnere Venenum,

R. Aſſæ fœtidæ
Galbani Sing. ℥.j.

Infundantur in aceto per noctem vnam, deinde ad ignem ponantur, donec liqueſcant, diſſoluanturq́; demum, per linteum colentur, addanturq́; vnguẽti Diabaſiliconis ℥.ij. & fiat vnguentum. Hoc vnguentũ ſupra vulnera poſitum, omne venenum ad ſe trahit, atq; extinguit. Extracto autem veneno, vulnera, vt reliqua, curari poſſunt. Verùm instante neceſsitate magna, ſola aſſa fœtida idem poteſt.

Ad omnis generis animalis Venenoſos morſus.

Statim cum quis morſus ab animali veneno ſo fuerit, & quàm primum fieri poteſt, ramulos fici virides colligat, ex quibus tres, aut quatuor guttas lactis, ſupra vulnus exprimat. Similiter valent etiam ſemina ſinapis, cum aceto miſta.

Ad ſagittam, aut aliud ferrum, ex Vulneribus extrahendam.

Specillum, in ſucco valerianę tinctũ, ac primò

mò ſuprà vulnus poſitum, poſtea herba contuſa, demum faſcia, ferrum extrahit, deinde etiam vulnus, aut plagam perſanat.

Ad uehementem infantium Tuſsim.

R. Succi petroſelini
Cymini contriti
Lactis mulieris, Sing. quantum ſatis.

Quibus miſtis, potio puero bibenda detur.
Poteſt etiam fieri tale vnguentum.

R. Sem. lini
Fœnigræ. Sing. p. j.

Bulliant in aqua fontana, deinde cũ omnis ſubſtantia benè expreſſa fuerit, addatur aliquantum butyri, & fiat vnguentum molle, quo pectus infantis inungatur calido.

Ad capitis percuſsiones, tumores, ſiue caſu, ſiue aliter euenerint.

R. Salis communis ℥. j.
Mellis non deſpumati
Cymini, Sing. ℥. iij.
Terebinthinæ ℥. ij.

Miſceantur omnia ad ignem, fiatq; vnguentum, quo ſi quis vtatur calido, perfectè ſanabitur.

Ad Surditatem remedium perfectiſsimum.

R. Menthæ

Saluiæ
Pulegij
Roſmarini
Hyſſopi
Arthemiſiæ
Mentaſtri
Calamenthi
Chamomillæ
Millefolij
Perforatæ
Abſinthij
Abrotani
Centauri Sing.m.j.

Coquantur omnia in ſufficienti quantitatē vini, donec tertia pars abſumatur: deinde cū vti quis volet, prius decoctum calefaciat, ac vapores qui inde aſcēdūt, in aures recipiat. Et hoc cum per ſemihoram in introitu lecti factū fuerit, duæ aut tres guttæ olei ſequentis, calidæ infundendæ ſunt, atq; ſtatim aures obturandæ bombice muſcato, deinde dormiendum eſt. Oleum autem ſic ſe habet:

R. Olei antiqui ℥.ij.
Olei porrorum ℥.j.
Amigdal. amar.
Succi rutæ Sing. ℥.s.
Vini Cretici ℥.j.s.

Ponātur omnia in phialam collo longo, bulliantq; igne lento, donec ſuccus & vinum fe rè conſumpta fuerint, deinde remoueatur

ab igne

ab igne, addaturq́ue.

Spicæ nardi
Colocynthidis
Caſtorij
Maſtichis Sing. gr. j. s.

Miſceantur atque in tenuem puluerem redigantur, & cum prędicto oleo addita fuerint, obturetur os bene, ne quouis modo reſpiret deinde phiala in olla aqua plena poſita, bulliant per horas tres, atq; ab igne auferantur, infundanturq́; in aliam phialam, vel catinū, & relinquantur ad ſolem, donec reſideant, demū coletur per linteum ſubtile, ita vt omnis ſubſtantia exprimatur: quo facto, adiūgatur Muſci gr. j. s. & cum omnia bene cum ligno, aut ſpatula miſta fuerint, ſeruetur in vaſe bene obturato. Verùm cum ſuffimenta fiunt, fabas exiccatas mandere oportet, & deinde expuere: & hoc nulla alia ratione fit, quam vt aurium meatus, poriq́; aperiantur. His omnibus ritè adminiſtratis, aliter fieri non poteſt, quin gratia Dei ægri ſanentur, modò medicamentis ſanari queant: ſunt autem plurimi hac via ad ſanitatem reducti. Quòd ſi his remedijs non curentur, alijs opus non habebunt. Cæterùm ſi ab huiuſmodi remedijs ſonitus, ſiue bombi in auribus fierent, nō ſtatim ab inſtituto recedendum, ſed potius pergēdum: ſiquidem fieri nequit, quin mirabilia conſpiciátur, præſertim cùm

omnes, & si per 30. annos surdi fuerint, modò surdi non fuerint nati, auditum recuperauerint. Porrò vtatur etiam pilulis, quę caput purgare valent, & cibis bonis, qui morbo huic conueniunt.

Ad procidentiam Matricis.

Sumito lapidem viuum sub terra, quem aer nunquam attigerit, & cũ crucibulo cooperto, ad ignem maximũ, donec optimè calefiat, ponito: deinde cùm in vas aliquod cõiectum superq; acetum aspersum fuerit, mulier ita se collocet supra, vt fumũ matrix benè recipiat. Quo facto, in lecto mulier recũbat, atq; pessi in succo rutæ intincti, supponantur, ac sic matrix vnà cum pessis, ad interiora, ad locum suum pristinum reuertẽtur. Quare pessi ligandi erunt, vt rursus extrahi valeant. Cæterùm tale vnguentum pro renibus parandum erit.

R. Cyclaminis,
Rutæ Sing. part. j.

Quibus contusis optimè, atque in oleo antiquo vsque ad consumptionem tertię partis coctis, remoueantur ab igne, exprimàturq; bene, donec omnis substãtia exierit: deinde cùm in aliud vas coniectum, & parum ceræ additum fuerit, rursus ad ignẽ calefiat, quo omnia perfectè misceantur, & fiat vnguentũ quo renes inungantur, super quos stuppa liganda

ganda erit calida. Verùm illud faciendũ erit, vt mulier ſupinè recumbat capite decliui, & natibus altis. Et hęc alternis tantùm diebus facienda: cumq́; ter adhibita fuerint, fieri nõ poteſt, quin mulier liberetur. Cæterùm victus rationẽ ad calidum inclinare oportet, quod fiet, ſi columbis, gallinis, & ſimilibus cum aromatibus vtatur: & ſic abſq; dubio liberabitur, etiáſi per 30. annos affecta fuerit.

Ad Lac mulieribus reſtituendum, & multiplicandum.

R. foliorum fœniculi viridium, quantum ſatis eſt, bulliant in vino, vel aqua ad ſufficiẽtiá, deinde coletur, vtaturq́; in prandio, cœna, & alijs temporibus, pro potu ordinario: fieri autem nequit, quin lac abundet. Valet etiam ad menſtruorum retentionem.

Ad morbi Gallici tumores antiquos, & nouos, remedium ualde bonum.

R. Boli Armeni, aceti, & olei roſacei, ſingulorum quantum ſatis eſt: miſceantur, & inũgantur partes circum tumores, ad quatuor digitorum latitudinem: deinde.

R. Olei Euphorbij ℥.ij.
Olei violati ℥.s.

Miſce & inunge tumores, vbi prius vino rubro calido bene loti fuerint, demum cum linteum butyro inunctum, per tres, quatuor

aut ſex horas ſuperadditũ fuerit, auferatur & ſi nulla inde veſica nata cõſpiciatur, iteretur vt prius, donec veſicá aliquam effecerit. Veſica, ſi per ſe non rumpatur, ferro aliquo aperienda eſt, deinde vnguentis conſolidantibus curanda, & ſic perfectè ſanabitur.

Aliud ad morbi Gallici tumores.

Tumoribus vino rubro, vt dictum eſt, lotis, ſumito:

Vnguenti aurei ℥.iij.
Argenti viui ſublimati. ℥.j.

Miſce, & tumori ſuperimponito, cum pãno linteo per diem vnum, aut plus, quo vſq; tumor omnino conſumptus, & caro æqualis reddita fuerit. Quòd ſi nondum cõſumptus videatur (vt in antiquis tumoribus) bis aut ter inũgendus, vt dictum, & videbis effectũ admiratione dignum. Abſumptis autem tumoribus, pannus linteus butyro prius inunctus, deinde vino lotus, ſuperponendus erit. Verùm notandum, quòd prædictum vnguentum omnes aquoſitates, vitioſosq; humores ex toto illo membro, in quo tumores extiterint, extrahit. Quare nõ ſolùm locum, ſupra quem poſitũ fuerit, ſanat, verùm etiã totum membrum purgat, atq; à mala eius diſpoſitione liberat. His etiam de cauſis aquã ad ſcabiẽ paratur, quemadmodum paulò inferius docebimus. Hac itaq; ratione, omnes huius

huius generis morbi externi curari valent, propterea quòd aquositates, vitiososq; humores, à toto illo membro, cui imposita fuẽrint, extrahẽt: id quòd facilè conspici potest, non solùm pannis, fascijsq; madefactis, verùm etiam aqua ab illo membro, promanante. Quare hoc remedio varij digniq; admiratione morbi curabuntur, modò rectè quis eo vtatur.

Ad percussiones siue ligno, siue lapide, factas, facile & perfectum remedium, etiam si uulnus accesserit.

R. succi foliorum verbasci contusorum, atq; expressorũ quantũ satis est: deinde cùm plagæ appositus fuerit, folia quoq; contusa fascijs supra ligentur, relinquáturq; sic per diẽ integrum. Quòd si vulnus quoq; adsit, vino prius lauetur, deinde vt dictũ est, succus & folia contusa supra ponantur, & effectum vi debis admirabilem.

Aqua ad sanandum omnis generis uulnera, paucißimis diebus, quam quisq; domi paratam haberẽ deberet, cùm paruo pretio, & facilè haberi queat, sitq; diuinæ, admirandæq; uirtutis.

Cera flaua, noua, atq; ad ignem liquata, in vas aliquod vino Cretico, vel albo plenũ, septies conijciatur: deinde ceræ liquefactæ, addatur lateris contriti, m. j. distilletur in cu

curbita vitrea luto inducta, vſq; ad dimidiũ collum igne admodũ lento per horas octo, deinde paulatim aucto, donec vehemẽs euadat: verùm ſupra omnia iuncturas optimè obturatas eſſe oportet. Cùm autem omnia frigida fuerint, aqua à recipiente extrahatur atque in phiala vitrea bene obturata, ne vllo modo expirare queat, ſeruetur in loco minimè calido. Eſt enim partium valde tenuium ita, vt facilè euaneſcat, euaporetq́;. Hęc aqua omnis generis vulnera mirabiliter perſanat, ſi quidẽ cũ hac lauentur, linteumq́; in ea intinctum, ijs ſuper ligetur. Hoc autem verũ eſſe, præter alia experimenta, hoc quoq; in ſeruo quodam Illuſtriſsimi domini Leonelli Pij Carpi Venetijs 1548. expertũ fuit: qui cùm pugionis in pedem caſu, valde eſſet læſus, atq; hac aqua ſola, quam nobis quidam paratam domi habebat, vſus eſſet, duobus tantùm diebus perfectè, atq; nullo ſigno relicto, ſanatus fuit. Valet etiam mirabiliter ad ſpaſinum, & multa alia, quæ ſolent accidere. Cæterùm ſi hæc aqua ritè facta, vel bis diſtillata fuerit, redditur admodum partium tenuium, vt ſi in manu ponatur, ſubitò penetret, ita vt pars omnino ſicca conſpiciatur. Quare prudentes ad multa alia hac vti poterunt, vt cum medicamentis, quæ penetrare ad interiora volunt, ſiue liquores, ſiue pulueres extiterint, non ſolùm ad morbos curandos,

randos, verùm etiam ad faciem venustiorẽ reddendam.

Modus conficiendi Oleum hyperici, quod Venetijs, & alijs quibusdam in locis, Rubrum appellant: quod quidem tantæ uirtutis est, ut uix unquã uerbis explicari queat. Valet autem ad uulnera, atque alia innumera, quorum ea tantùm nominabimus, quæ magis necessaria, & probata esse scimus.

In Maio vel etiam Iunio R. Herbæ hyperici, antequàm floreat m.ij. quibus bene contusis, atque in philam vel in cucurbitam vitream positis superinfundito tantum vini albi, donec cooperiatur herba, olei cõmunis ad duorum digitorum altitudinem, deinde obturetur, relinquaturq́;. Quo facto die decimo quarto Iunij, mane in aurora, R. Foliorũ hyperici m. j. florũ hyperici, m. ix. quę cõtundantur optimè: & cum in prędictã phialam vel cucurbitam posita fuerint, tantum vini & olei addatur, donec omnia cooperiat vt prius, deinde vas obturetur probè, atque ad solem ponatur. Cæterùm duodecim, aut quindecim diebus transactis, eo inquã tempore quo prædicta herba semina profert, R. Seminũ hyperici m. iij. quæ contundantur cæterisq́; adiungantur, addendo tantũ olei, & non vini, donec ad quatuor, sex, aut octo digitos emineat. His omnibus factis, omnia vase aperto, in balneo Mariæ coqui debent,

vſq; ad vini conſumptionem (cognoſcitur autem hoc, quando oleum igni iniectũ non amplius ſtridet, ſed ardet) deinde ab igne auferi: quæ ſi quinq; aut ſex librarum fuerint, infraſcriptæ ſpecies, cum ſuis itidem ponderibus, vt dicemus, addi debent: Si verò minus aut plus, ea quæ in cucurbita extiterint, appenderint, infraſcriptarum quoque ſpecierum pondera proportione, vel minuenda, vel augenda erunt. Sunt autem ſpecies huiuſmodi.

R. Sulphuris vel viui, vel non viui lib.s.
Salis communis ℥.viij.
Lumbricorum terreſtrium rubrorum, atq; lotorũ primò aqua, deinde vino, ſcutellã.j.
Mellis ros. vel deſpumati ℥.iiij.
Terbinthinæ, bis lotæ ℥.x.
Axungiæ porcinæ lib.s.
Succorum dictamni albi vel nigri
Verbaſci Sing. ℥.iiij.
Croci ℥.iij.
Rad. dictamni
Gentianæ
Imperatoriæ
* Scarlegiæ * (*Gallitricũ nominãt officinæ*)
Valerianæ
Chelidoniæ Sing.ij.
Mirrhæ ℥.j.
Ceræ rubræ
Theriacæ Sing. ℥.ij.

Sem.

Sem. { Mali citri ℥.j.
Hederę maturorum ℥.iij.

Baccarum lauri ℥.iiij.
Cinnamomi ℥.j.
Ligni aloes ℥.s.

Miſceãtur omnia, atq; in puluerem tenuem redigantur, deinde in ſupradictam cucurbitam ponantur, addendo aquæ vitæ ℥.vj. demum obturetur optimè cucurbita, ne quouis modo expirare poſsint, atq; per duos aut tres dies in balneo Mariæ collocẽtur ita, vt nequaquam bulliant: quanto autem plus in dicto balneo Mariæ ſteterit, tanto etiam melius erit. Cum itaq; per duos, tres. aut plures dies in balneo Mariæ calido ſteterit, eximatur, atq; per integram æſtatem ad ſolem ponatur, deinde reponatur, & conſeruetur ſic obturatum, ne quid pulueris ingredi queat. Hoc quidem oleum, quo antiquius eſt, eo etiam melius. Verùm ſingulis annis, recentem ſuccum ex prædictis herbis, floribus, ſeminibus adiungere oportet: quod fiet, ſi herbæ, flores & ſemina contuſa in oleo communi coquantur, per quatuor aut ſex horas, deinde ſic calida, prædicto oleo veteri addantur. Tranſactis autem quatuor annis, ſuccus exprimatur, atque materia veteri abiecta, recẽs addatur. Quod ſi ſingulis annis, fiat, multo efficacius reddetur. Nos quidem cùm huius ſancti olei virtutes ſint infinitę, eas tantũ

enumerabimus, quas nos ipſi, vel alij nobis præſentibus ſæpius experti ſunt. Hoc itaq; oleum, tot & plures etiam virtutes in ſe continet, quot legitimum balſamum. Valet ad omnem dolorem ex frigiditate natum internum & externum, ad iſchiadam, podagram frigidam, ſi eo calido inungantur partes. Febri quartanæ, tertianæ, continuæ, conuenit: præſertim ſi hora vna ante febris acceſsioné ſpina dorſi calido inungatur. Colica laborátibus mirificè opem fert, pectore & vẽtre inuncto, parumq; clyſteribus iniecto, quemadmodum in capite de eius curatione, dictum eſt. Cæterùm vriná prouocat, pectine inuncto. Infanté mortuũ expellit, ſi tres aut quatuor drachmæ à muliere deuorẽtur. Omni dolori pectoris, & ſtomachi confert. Cõtra peſtem remedium optimũ eſt, præſertim ſi ſpina dorſi inungatur, & dracmæ duæ cum vino albo bibantur. Verũ hæc facienda ſunt antequàm ſex horæ elabátur, poſtquàm malum apparuerit: inungi quoque debet locus affectus. Porrò ad vulnera remedium nullum eſt, quod æquè valeat. Sanat omné plagam, tam antiquam quàm nouam, rupturá & percuſsionem. Ad ſpaſmum vulnerum non eſt ei remedium ſimile. Virtutes deniq; alias infinitas poſsidet, quas prudens vir per ſe ipſe quotidiana exercitatione inuenire poterit.

Modus

Modus parandi oleum ex cane rufo, quo, exceptis alijs suis, quas obtinet, uirtutibus, monachum quendam persanaui, qui per undecim annos, brachium sinistrum, aridi ligni instar, habuit.

Canem rubrum iuuenem, qui per dies tres à cibo abstinuit, strangulato, & sic per quartá horis partem relinquito: deinde in caldariũ oleo plenum integrum, vel infrusta incisum conijcito, & coquito, donec caro ab ossibus secernatur. Quo facto, sumito octuaginta vel centũ scorpiones viuos, qui cum tátùm in vase æreo, igne vsti fuerint, donec in rabiem mutentur, in prædictum oleum conijcito. Vermium terrestrium, rubrorum, & mundatorum, scutellam j.

Hyperici
Altheæ
Ebuli Sing. m. j.
Croci ℥. j.

Misceantur, & coquantur omnia simul, donec caro prorsus resoluta fuerit. Cum autẽ multo oleo opus sit, ponantur partes duæ aquæ, & vna olei, & cùm aqua ferè absumpta fuerit, addatur alia continuè, donec omnia perfectè resoluta, vt dictum est, fuerint. Quo facto, auferatur ab igne. & cum omnia deferbuerint, herbæ & ossa bene prius expressa abijciantur, deinde quod in parte superiore tantùm permansit, scilicet oleum, & pingue

do tollatur, aquaq; in fundo relicta, si multa extiterit, abijciatur, si verò pauca, ita vt vix ab ea oleum separari queat, colligatur simul, deinde coletur per linteum, vino prius lotū, addaturque:

Vnguenti Agrippæ ℥.vij. aut viiij.
Medullæ pernæ porcinæ (Sing. lib. j.
Medullæ asinini cruris posterioris
Olei rosacei, scutellam. j.

ponantur ad ignem tandiu, donec bullire incipiant, deinde addatur mastichis in puluerem redacti ℥.iij.

Gummi elemi contriti ℥.ij.
Ceræ rubræ ℥.viij.

Misceantur & coquātur per semihoram, deinde in vase aliquo optimè obturato conseruetur, vbi prius per aliquot dies ad solem steterit. Hoc oleum non solùm ad omnes frigidas ægritudines valet, verumetiam ad alias multas. Nam quemadmodum supra dictum est, Anno 1547. monachum quendam Diui Onophrij, qui sinistrū brachium, nescio qua de causa, prorsus ligni instar exiccatum habuit, curaui, quem tamen nullus medicorū antea curare potuerat. Nam cùm brachium eius hoc oleo aliquandiu inungerem ad solem (erat enim æstas) atq; ita ad solem relinquerem, vt oleum penetraret, 50. diebus, venæ brachij manifestè repleri incipiebant sanguine, partesq; nutriri: quod cum per nouē

deinde

deinceps dies cõtinuarem, brachium omni no, vt alterum, Dei gratia repletum fuit, sanumq; euasit, ac si nũquam affectum fuisset. Valet etiam ad omnes dolores à frigido natos, ad podagram frigidam, spasmum, omnis generis vulnera, etiam si quis per medium dissectus esset, vel nerui incisi. Nam cum anno 1518 Hierosolyma huc nauigio redirem, cuius gubernator quidam Petrus à Fossa Clodia erat, atq; prope insulam Corcyrá, à piratis cum quinque myoparonibus obruti essemus, aliquisq; nautarum nostrorum vehementer in brachio bombarda esset percussus, vt medicus totum brachium excindere voluerit, hoc oleo, quod tum temporis mecum ferebam statim ei brachium inunxi: & sic in septem diebus fuit perfectè sanatus. Multa præterea, tum in me ipso, tum in alijs multis sum expertus. Cęterùm si hoc oleum fiat tempore hyperici, scilicet quo floreat, folia, flores, semina ponenda sunt. Si verò tempore quo herba inueniri nequit, paretur, tũc pro his, hyperici oleum supra dictum, si quidem canis decoctum prius colatum fuerit, tantum addendum erit, vt dimidiæ partis olei, in quo canis coctus fuerit, respondeat. Hoc etiam modo si althea deficeret, eius loco vnguentum quod dialtheam pharmoco polæ appellant, adiungi poterit. Porrò dum canis coquitur, tres testudines terrestres vti

liter addi queunt, quoniam ſic paratum vnguẽtum perfectiſsimum ad podagram erit, id quod in amico quodam meo, hoc morbo ſæpius laborante ſum expertus. Nam cum laborantes partes hoc oleo inungeret, vicinas verò circum ſequenti oleo illiniret, leuamen ſe admiratione dignum aiebat ſenſiſſe. Oleum huiuſmodi extitit:

R. Olei canis rubri
Olei roſacei ℥.ij.
Olei violarum ℥.j. miſce.

Cæterùm cum diuerſis temporibus, quartò malum redijſſet, terq; hoc oleo partes inunxiſſet, tribus poſtea annis, quo tempore ambo Romæ fuimus, ſcilicet 1514. nunquam redijt morbus.

Vnguentum pretioſius alijs omnibus, infinitas uirtutes obtinens, ut infra dicetur. Quare Principes & Reſpublicæ, imperare deberẽt, ut in præſentia medicorum, ſemper à pharmacopolis fieret, quemadmodum theriaca, uel ſaltem, ut quiſq; domi paratum haberet, etiam in copia magna: quanto enim antiquius, tanto efficacius euadit.

R. Olei Roſacei
Violarum
Nenupharis
Spicæ
Coſtini

Laurini
Nuſcis muſcatæ
Iaſmini Sing.lib.j.
Cinnamomi
Xylobalſami
Carpobalſami
Myrrhæ
Olibani
Gummi hederæ
Maſtichini
Caryophyllorum Sin.℥.vj.
Caphuræ ℥.iiij.

Oleum ex nuce muſcata, & alijs aromatum ſpeciebus ad hoc ſic fit: prius in puluerẽ ſpecies redigantur, deinde in oleo cõmuni coquantur vſq; ad ſufficientiam. Sed oleum ex caphura aliter fieri debet: nempe oleum tantùm calefiat bene, & non bulliat, deinde addatur etiã caphura, & remoueatur ab igne, obturetur, ne vllo modo caphura expiret, cũ valde ſit partiũ tenuiũ, atq; adeò, vt facilè exhalare queat imò inſpecto operculo, manifeſtè caphura circũ appenſa cernitur, propter tranſpirationem prohibitam. Cęterùm his omnibus addantur: Olei terebinthinæ diſtillati ℥.xij. olei ſtyracis liquidi ℥. iij. miſceantur & ponãtur in caldarium magnum longum, & in parte ſuperiori non latum, ſed anguſtũ, operculatumq́;, vt ea quæ immitũtur, bene à prædicto oleo tegãtur: deinde cũ

ad ignem lentum poſita fuerint, adijciantur ʒ ceraſtes ſerpẽtes, ʒ aſpides ſurdæ, ʒ viperæ, ʒ natrices, ʒ rubetæ, ʒ bufones, 10 tarantulæ, ſcorpiones 50. aliaq; animalia venenoſa, viua ſi qua haberi poſſunt. Quòd ſi omnia vno tẽpore non adſint, ponantur ea, quæ in prõptu ſunt, donec reliqua quoq; inueniantur. Nihil nocebit, ſi menſura vini albi quoq; ad datur. His itaq; adiectis, coquátur ad ignem lentũ, caldario prius obturato, per dies ſex cõtinuos (quòd ſi caldarium in fornace col locari poſset, quemadmodum pro parando ſalnitro, vel ſapone, vel lixiuio vtũtur Vene ti, optimũ foret) deinde poſt vnũ, aut alios duos dies, cum ignis auctus, animaliaq; venenoſa bene diſſoluta fuerint, ab igne remo ueantur, & eximantur, atq; perlinteum, in vi no prius madefactũ, exprimantur. His factis addatur tãtũ olei Hyperici ſuperius parati, vt dimidiæ parti iá dicti olei, reſpõdeat olei canis rubri pars tertia, miſceátur, addaturq;

Florum { Chelidonij
Hyperici Sing. quantũ ſatis eſt.

Salis communis m.j.

Succi { Verbaſci
Dictamni albi Sing. quãtũ ſatis eſt
*Senecionis rubri *Ital. Cardõcellorosſi
Cardui benedicti
Flor. cardui bened. Sing. lib.j.

Ligni aloes in pul. redacti ℥.j.

Croci

Croci ℥.j. miſceantur omnia bene, ponanturq; ad ſolem per ęſtatem integram in plures phialas vitreas obturatas, diuiſa: deinde pro re ſancta pretioſiſsimaq; ſeruetur. Valet enim ſuper omnia alia, ad omnis generis vulnera, ſpaſmum omnemq; plagam, nouam & veterem, fiſtulas, cancrum, ſcrophulas: ſiquidem luna deficiente eo inungantur: deinde faſcijs etiam, & ſtupis obligentur: præterea ad omnis generis venena: quæ ſi per os ſumpta fuerint, partes circa cor, eo inũgi debẽt, ſi verò morſu animalis venenoſi, aut ferro venenato homo infeſtetur, ſanguis prius ex vulnere exprimi, deinde locus affectus inũgi debet. omni deniq; dolori à frigida cauſa cõuenit, omnibusque ferè ęgritudinibus, quibus remedia forinſecus adaptari queunt.

Cõtra febrem quartanam remedium certiſsimũ

Sumito poculum vini Græci, vel Cretici, aſari in puluerem contriti ℥.j. quibus commiſtis, & calidis ebibitis, in lectum ingreditor, pãnisq; te inuoluito, vt optimè ſudare poſſis. Cùm autẽ bene diuq; ſudaueris, febrisq; ceſſauerit, decumbat an ſurgat æger, parum refert, dein ſumito.

Saluiæ
Rutæ
Burſæ paſtoris Sing. p. j.
Aceti albi parum

quibus

quibus optimè cõtusis, supra brachij pulsus ligentur, & cum sic per diem integram relicta fuerint, remoueantur, ac tertiò iterẽtur, pręsertim febris accessione instãte, vt prius. Quibus factis fieri non potest, quin gratia Dei æger liberetur perfectè. Quidam enim cum semel tantùm hæc fecissent, sanitati fuerunt restitui: quidam cum secundò remedia administrarẽt. Atq; hoc facilius certiusq; remediũ pro quartana haberi nõ potest. valet etiam ad tertianam. Cęterùm quidam puluere, & sudationibus neglectis, herbis tantùm vsi sunt: quidam neglectis herbis, & sudationibus, puluere fuerunt contenti, tamen omnes ab hac affectione liberati fuerunt.

Ad Verrucas facile, bonum, & sæpenumero probatum experimentum.

R. Frustulum auri, vel nummũ aureum, vel annulum absq; gemma igni candentem, vel si desit aurum, sumito ferrum vel carbonem accensum, quo verrucas vrito bene, deindé cũ lixiuio optimo eas lauato: cumq; ter hæc facta fuerint, R. Raphanum magnum, intus euacuatum, saleq; communi impletum deinde cum operculo eius clausum, atq; in catino per noctem vnam seruatum fuerit, inuenies salem in liquorem prorsus dissolutum, atque ex raphano distillatum: quo cum per duos dies sępius verrucę lauatæ, deinde pãnus

nus in eo madefactus superligatus fuerit, vel ipsæ per se decident, vel manibus euellētur. His ablatis vnguento aureo, vel prædicto liquore partes inungendæ erunt. Quòd si raphanus magnus haberi nequeat, minores sumantur, hiq; in lata, sed maximè tenuia frusta cōcidantur, atq; in patina ita collocabuntur, vt primo ordine frustulorum posito, sal inspergatur, deinde in secundo ac tertio ordine, alio super alio collocatis, atque ita liquor fluet: qui etiam valet ad surditatem, vt inferius dicetur.

Optimum, facillimumq; remedium, ad Pleuritidem, quo, ut alios taceam, fabrum quendam semimortuū, duobus diebus mirabiliter persanauimus.

R. Pomum dulce odoratū, & flauum, ab interioribus nempe seminibus mundatū, atq; olibano eum impleto: deinde operculo eius superaddito, sub cineribus calidis coquito, donec perfectè, & absque vstione coquatur. Hoc pomū in quator partes secato, ægroq; ad comedendum prębeto. Quod cū ritè factum fuerit, statim aperietur apostema, tum apostematis pus expuetur, & sic æger liberabitur. Quoniam faber quidam, cuius dentes iam erant clausi, vt instrumento aliquo, pro inijciendo pomo aperire conaremur: qui cū iniecto pomo per semihoram quieuisset, statim magnā puris copiam expuit, deinde dor

miuit, cibũ petijt, ſanusq́; Dei auxilio euaſit.

ALIVD.

Farinam volatilem, quę circa molatrinas hæret, cũ aqua fontana in paſtam redigito, placentasq́; ſiue paſtillos efficito, tam magnos vt coronati magnitudini reſpondeant: deinde in oleo ſcorpionum coquito, partiq́; affectæ ſic calidos apponito: qui vbi erunt frigidi alios calẽtes ſuperaddito. Quod cùm decies iteratum fuerit, frangatur apoſtema neceſſe eſt, atq; expuatur, ægerq́; perſanetur.

ALIVD.

Panem album recentem per medium incidito, deinde vtranq; partem, optima theriaca inungito, demum cùm optimè ad ignem calefactæ fuerint, alterã loco patienti, alteram ad oppoſitam partẽ apponito, vt panis partes ſibi inuicem reſpondeant. Tum faſcia ligato, ne qua ratione moueri queant, ſed per diem vnum, vel noctem, vel ad apoſtematis vſq; adapertionem maneant. Sæpenumerò in vna hora, vel duabus, fractũ fuiſſe conſpeximus. Fracto itaq; apoſtemate, panis partes auferendę ſunt, ęgerq́; ſic collocãdus vt pus è pectore optimè eijciatur: quo facto dormiat æger comedatq́;, & breui ſanabitur.

ALIVD.

R. Dentem apri dextrũ, ſi morbus in dextra parte fuerit, vel ſiniſtrum, ſi in parte ſiniſtra. Verùm experientia compertum eſt, tam de-

xtrum

xtrum quàm ſiniſtrũ ad hunc effectum eſſe bonos. Hunc dentem cultello radito, eiusq; ʒ.s. vel ʒ.j. ſumito, & cum aqua hordei, vel cicerũ ruborũ, vel pectorali, vel vino albo diluto ægroto ad bibendum dato. Hoc autẽ remediũ ſemper verum fuiſſe compertum eſt.

Aqua pectoralis, ad Pleuritidem, pectus mirum inmodum munificans.

℞. Rad. Altheæ mundat. & inciſ. lib. 5.
Scabioſæ mundat. & herbæ. lib. ij.
Cardui benedicti m. j.
Scabioſæ m. iij.
Hordei mundi lib. j. s.
Ficuum ℥. iij.
Iuiubarum ℥. iiij.
Vuarum paſſarum enucleatarũ ℥. iij.
Pomorum odorat. inciſorum n°. iij.
Olibani ℥. j.
Mellis roſati vel nõ deſpumati. lib. 5.

Miſceantur, & coquantur omnia in aqua donec omnia diſſoluantur, deinde colentur exprimanturq; bene & fiat potio, quà cõtinuè æger vtatur: quanto enim plus bibitur, tãto melius. Verùm paulatim bibenda eſt, ne preceps ad pulmones deſcendat. Poſſunt autẽ hac aqua ſola, vel cum prædictis remedijs ægri vti: nã per ſe ipſa, nõ ſolum pectus mũdificat: verùm etiã apoſtema ad maturationem perducit, ac frãgit. Valet etiam mirabi-

liter ad tusſim antiquam, & nouã, ad aſthma omniaq; ventriculi vitia. Hãc autem aquam à Magnifico Domino Hieronymo Ruſcello 1543. Bononiæ habui, qua etiam idem eo ipſo anno paucis admodum diebus à tali morbo liberatus fuit abſq; ſanguinis detra-ctione præcedente, alijsq; remedijs.

Ad omnem Oris, palati, gulæ, affectum, remedium certißimum.

Ex oliuarum folijs cũ aqua plantaginis con tuſis exprimatur ſuccus, quo, cum ſolo ad quanuis oris ægritudinem vſus eſſem, ſemper perfectum, & bonũ eſſe comperi. Verũ cum affectus in ore, vel palato ita vehemens fuerit, vt oris partes computruerint, hoc remedio vſus fui, quod ſic ſe habet:

R. Succi ſupra dicti, id eſt, foliorũ oliuarũ.
Aquæ roſ. Sing. poculum dimidium
Mellis roſ. ℥.j.
Pulpæ caſsiæ ʒ.s. vel. ʒ.j.
Aluminis vſti ℥.ij.
Tartari ʒ.j.
Sacchari albi ℥.s.
Aquę in qua bullierint radices altheę poculum vnum.

Miſceantur, & coquantur aliquandiu igne lento, fiatq; gargariſmus: quo ſi quis ſæpius in die vtatur, ſanitatẽ proculdubio recipiet. Aliquãdo quoque, cum huiuſmodi affectus eſſent

essent vehemétiores, adiunxi floris æris ℥.ij. quæ etiam aqua mirabiliter ad virgę vlcera. & ad alia huiusmodi valet.

Ad omnia Crurum ulcera, noua & uetera, etiã si caro ad ossa usq; erosa esset.

R. Foliorum oliuæ
Agrimoniæ Sing. m.ij.
Rosarum sicc. m.j.

Contundantur aliquantulum, & coquátur non diu: deinde cum colatum fuerit, eo decocto lauentur pedes, calido. Deinde.

R. Aristolochiæ rotundæ & longæ
Mastichis
Myrrhæ
Sanguinis draconis
Aloes hepaticæ
Tutiæ
Cucurbitæ adustæ Sing. ℥.j.
Mumiæ
Boli Armeni. Sing. ℥.ij.

Misceátur omnia, fiatq; puluis subtilissimus quo locus affectus inspergatur: mox dictæ herbæ in vino coctæ, supra ligétur, & sic per sex aut octo horas relictę, deinde rursus mutatæ, in paucis admodum diebus vlcera ad sanitatem perducent.

Ad Genuum, crurumq; tumores, ruborem, & humiditates.

R. Resinæ lib.ij.

Galbani ℥.v.
Musci
Ambræ
Zibetti Sing.ʒ.j.vel ℈.ij.

Misceantur,ponanturq; ad ignem lentum: deinde cum omnia bene liquata fuerint, addito mastichis in puluerē redacti ℥.j.misce & fiat emplastrum, quod calidum, super alutam seu pellem canis,vel damę,vel hœdi,vel veruecis manus latitudinem, duarum verò longitudinem habentem,distendatur, ac decem aut quindecim millepedes cū axungiæ porcinæ frustulo contundantur, fiatq; vnguentum:quod cum super iam dictum emplastrum positū fuerit,sub genu aut sura applicetur per dies tres. Quòd si multis pilis abundet æger,prius radantur,ne emplastrū vehementer eis in hęreat.Cęterùm si ablato emplastro,vesiculæ appareant, aperiantur, vt aqua inde emanet,siccenturq;:deinde cū vino,in quo cocta fuerint, agrimonia, folia oliuę,rosæ,plantago,lauetur,& siccetur:demum absterso,& calefacto emplastro, rursus vt prius applicetur. Quod cum tertio aut quarto die factum fuerit, in paucis admodum diebus persanabitur,ita vt neq; rubor, neque tumor,neque humores amplius conspiciantur. Si verò vlcus aliquod coniunctum esset,eo modo curandum, quo supra dictum est.

Ad Ischiadam remedium, sæpe, multisq́; & diuersis regionibus probatum.

R. Mellis despumati lib.iij.
Rad.* Acori mundatarum & cõtusarum lib.j.

**Pro Acoro non calamus aromaticus sumẽdus sed qui hodie cõmuniter apud seplasiarios habetur.*

Coquantur ad ignẽ lentum, per horam vná, deinde remoueantur ab igne, addaturq́; cinnamomi electi & in tenuem puluerem redacti, ℥.j. & fiat cõditum, quo singulis diebus, manè scilicet, cochlearia quinq;, vesperiq́; totidem vtatur. Interim tamẽ prædictum emplastrum ex resina, & millepedibus factum, super loco affecto tenendum erit per dies decem: deinde per alios decem, paulò infra ponendum & tertio adhuc magis infra per alios dies decẽ, quoniam sic vesicas efficiet, aquositates omnes extrahet, dolorem, affectumq́; deniq; auferet. Quare nõ solùm erit, secretum vtile & rarum, sed etiam paucis ad modum cognitum. Nam contra hanc ægritudinem, certum aliquod remedium, in hodiernum vsq; diem, visum fuit nunquam, neque à recentioribus neq; à veteribus medicis. Quòd si inueterata esset, atq; his remedijs non cederet, sequenti, interdũ, clysteri, vtendum erit, quod sic se habet.

R. Maluæ

Mercurialis
Fœniculi
Absinthij
Rutæ
Cucumeris syluestris, Sing. m.s.
Furfuris m.ij.

Coquantur omnia vsq; ad consumptionem tertiæ partis, fiat colatura, de qua accipe lib. j. & adde:

Mellis ros. ℥.vj.
Olei chamæmil.
Olei rutacei Sing. ℥.j.s.

Misce & fiat clyster. Quo accepto, post duos dies alium, deinde post tres alios dies rursus alium, post quatuor alium: atque sic die vno superaddito, ad mensem vnũ procedendũ. Quòd si dolor etiam hæreret, neque à prędictis remedijs aliquod leuamen sumeret, primò poterit vti die tertio, deinde quarto, deinde quinto, infra scriptis pilulis, vsq; ad sextũ & septimũ. Pilulæ autẽ neq; ventrẽ perturbant, neque alia victus ratione opus erit, nisi quòd abstineat à salsis, acetosis, leguminibus, vino albo, & aqua. Quibus bene administratis, multi à dicto emplastro solo, sanati fuerunt, multi ab emplastro, & condito simul. Duos tantùm senes, & longo tempore affectos, habui, qui clysterijs pilulisq; opus habuerunt, quibus cum vsi essent, perfectè sanitati restituti sunt. Cæterùm cum horum

rum alter, cuius os, quod Ischium appellant, à sua sede, propter callum intus contractũ, remotum erat, solo emplastro, & condito vsus fuisset, in 70. diebus perfectè sanus factus est. Verùm non solum, (quemadmodum postea ab eo intellexi) emplastro & condito vsus fuit, sed etiam terebinthina, aqua borraginis lota alternis diebus, me nesciente, quam monacha quædam ei consuluerat.

Catapotia siue pilulæ, mirandæ uirtutis, contra ischiadem.

R. Massæ pilularum.	Alephanginarum Hermodactil. maior. Minor. Sing. ℈.j.
	Salis gemmæ gr. iij.

Misce, & cum syrupo rosarũ fiant pilulæ 5. quibus vtatur, præsertim in morbi principio, singulis quaternis diebus: in declinatione verò singulis quinqne diebus, deinde singulis sex, mox singulis septem, quo vsque opus fuerit. Sunt autem sumendæ stomacho ieiuno, deinde post sex horas, cibandi sunt ægri. Cęterùm nulla alia victus ratione opus habebunt, nisi vt abstineant à vino albo, aqua, cibis salsis, leguminibus, cæpis, & huiusmodi, præsertim si morbus vehemens & inueteratus sit.

Aqua lucida, & odorata, ad omnis generis scabiem, quinque diebus sanandam, quauis illustri fœmina & regina digna.

R. Aquarum plantaginis pocul. ij.
Aquarum rosarum pocul. j.
Aquarum Flor. mal. arantiorum pocul. s.
Argenti viui sublimati ac in puluerem redacti ℥. j.

Misceantur, & coquãtur omnia lento igne, per quartã horæ partẽ, deinde remoueãtur, ab igne, & cũ deferbuerint, in phialã aliquã conijciantur: demum partes scabiæ infectę, alternis diebus semel lauẽtur, & per se siccari permittãtur. Cùm verò tertiò partes lotæ fuerint, videbis primã & secundam lotionẽ, omnem scabiem foras extraxisse, tertiã verò partes exiccasse, sanasseq;. Quare ad scabiẽ remedium melius, faciliusq; nõ erit, præsertim cũ neq; vnguentis fœtidis, neq; balneis, neq; purgationibus, vt communiter omnes facere solent, opus sit. Hæc etiam aqua cuti candorẽ conciliat, atq; cũ omnes humores vitiosos, salsos & putridos à profundo corpore extrahat, verisimile quoq; est, eam ad morbum Gallicum, podagrã, aliaq; huiusmodi per multi vim habere, præsertim cũ argentum viuũ sublimatũ, ad carnẽ nõ solum putridam optimũ sit remedium, verùm etiã ad alia vlcera immedicab. vt infra dicetur.

Remed

Remedium ad laterum, siue lumborum dolores, in multis tam uiris quàm mulieribus probatum.

Quoniam cùm renum calculus, cum hoc dolore semper coniunctus videatur, optimum erit, vt quis continuę his duobus pręseruatiuis sequētibus, quæ quisq; per se parare poterit, vtatur. Quorū primum est, amygdalarum amararum, vel nucleorum persicorum commestio, quibus si quis ieiuno stomacho quotidie quinq;, aut sex, cū sale, & pane vtatur, non solùm à lumborum doloribus, verùm etiā, ab ebrietate, appetitu prostrato, pectoris, stomachi ægritudinibus, vermibusq́; tutus erit. Secundū verò est, quotidiana cōmestio Arthemisiæ simul cū alijs cibis: quæ vltra etiam suas, quas ad lumborū dolores renumq; calculos virtutes obtinet, humano corpori amica est. Hæc herba cū semper recens habari nequeat, siccanda, vel in puluerem redigenda, vel distillanda erit, siquidem semper bona est. Verùm si quis quacunq; ex causa laboret, optimum erit vti sequētibus clysterijs, qui huiusmodi sunt.

R. Stercoris asini, nigri vel cinericij, recentis, quantum satis est
Anisi
Furfuris Sing. m. j.
Olei chamomillini ℥. ij.
Capparorum ℥. j.

Miſceantur & coquantur omnia parumper in vino, deinde coletur, exprimatur omnis ſubſtantia, & fiat clyſter, quo calido vtatur, & ſanabitur.

Aliud probatum.

R. Succi de Berberis, vel Rob de Berberis, poculum dimidiũ. Coralliorũ rub. in puluerem redactorũ ʒ.j. miſce & bibendum dato.

Aliud perfectum, & ad urinæ retentionẽ à calculo, etiam ſi quis morti eſſet uicinus, tamen urinã ſtatim prouocans, calculosq́; magnos, in decem aut duodecim diebus frangens.

R. Pulueris virgæ aureæ, cocleare vnum, & cũ ouo ſorbili ſumito ſtomacho ieiuno, deinde poſt quatuor horas comedat, & abſque dubio, poſt dimidiam horá vrinam reddet. Quod cum vt dictum eſt, per decem aut duodecim dies continuauerit, calculos omnes franget, eijcietq́; abſq; dolore.

Aliud præſtantius, pro calculo, & alijs renum affectionibus.

R. Foliorum quercus ℥.iiij.
Saxifragiæ lib.s.
Baccarum lauri ℥.v.
Lappæ capitulorum
Sem. violarum Sing. lib.j.

Miſceâtur omnia, atq; in tenuiſsimum puluerem redigantur. Deinde ſumito leporem ſtran-

ſtrãgulatum, atq; in cinerẽ combuſtum, miſce omnia, & fiat puluis. Valet autem ad renum calculos, aliosq́; affectus eorum mirũ in modũ, ſi quis per aliquot dies, ſtomacho ieiuno, ſumat ʒ.s. vel ʒ.j. cum vino albo. Verùm ſciendum, maiorẽ copiam pulueris eſſe ſumendam pro calculis, quá pro arenulis.

Aliud optimum & perfectiſsimum remedium, tam pro renum calculo, quàm uesicæ.

In Maio ſuper campos, ſumito ſtercoris bouis, neq; nimium recentis, neq; etiam nimiũ ſicci, quantum ſatis eſt: quod cum igne lento diſtillatum fuerit, aqua exibit inſipida, atque inodorata, quæ etiam ad lentigines & alias faciei maculas valet, modò manè & ſerò ea lauentur. Deinde ſumito raphanos minutatim inciſos, & vinũ Græcũ, Creticum aut album, bonum, inijcito: mox ad ſolẽ per diem aut noctem ponito. Quibus factis:

R. Huius vini
Aquæ ſuperius diſtillatæ Sing. ℥.ij.
Aquæ fragariæ ℥.j.
Succi limoniorum iij. aut iiij. guttas
Pulueris ſuperius, in cap. præcedenti præparati ʒ.s. vel ʒ.j.

Sacchari vel mellis roſ. quantum ſatis, & fiat potio, quæ mirabiliter ad calculos comminuendos valet. Nã aliqui hac potione vſi, circiter horá dimidiam, tot lapillos, vnà cũ

vrina excreuerunt, vt simul iuncti, nucis magnitudinem referrent. Nobilis quidam Mediolanēsis, quem medici omni spe frustrati, secare volebant, cum hac mea potione vsus esset, in dicto tēporis spatio, tot lapillos eiecit, vt simul coniuncti, oui magnitudini responderent. Tertio verò die cum potionem hauxisset, paulò post maximo cū dolore lapidem, æquè, vt faba magnum, vnà cum vrina excreuit. Equidem ad hanc ægritudinem, remedium securius, facilius, atq; melius, haberi non potest, quanuis infinita ad hunc affectum remedia habeantur. Cæterùm prædictæ aquę, & pulueres, diu cōseruari possunt, præter vinum raphanite, & succū limoniorum, siquidem facilè putrescunt.

Remedium, contra sanguinis per os reiectionē, propter uenam aliquam in pulmone ruptam.

R. Stercoris muris contriti ℥.s. vel ℈ij.
Succi plantaginis poculum dimidiū
Sacchari parum: misce, & fiat potio, in aurora stomacho ieiuno, & vesperi, in lecti introitu dāda: qua si per aliquot dies vsus fuerit æger, sanabitur.

Ad Phtisim, remedium probatum & facile.

R. Tussilaginis
Lardi porcini bene contusi
Sing. quant. satis est.

Quo-

Ouorum recentium n°.j.

Misce & coque pro placenta, qua cũ per nouem dies, manè vsus fuerit æger, effectum admiratione dignum videre licebit. Valet etiam ad impinguanda corpora macilenta.

Ad Laterum, seu lumborum, renum, omnemq; alium dolorem, illico tollendum.

R. Pinguendinis caponis
Pinguedinis gallinæ
Pinguedinis Anseris
Pinguedinis anatis Sing. ℥.v.
Olei rosacei ℥.iiij.
Butyri ℥.s.

Misceantur, & ad ignem liquefiant, deinde colentur, addanturq;.
Styracis liquidi ℥.vj.
Ceræ rubræ ℥.ij.s.

Misce bene, & fiat vnguentum, quo calido, prius super linteũ posito, vtitor, & sanaberis

Ad Oris, & anhelitus tetrum odorem.

R. Foliorum & florum rosinarini quantum satis est.
Myrrhæ
Cinnamomi
Belzoini, seu assę odoratę, Sing. parũ

Misceátur, & coquantur, in vino albo, & fiat decoctum, quo sæpius lauetur os.

Ad rabidi canis morsum, & ad maniam, quæ ex eo sequitur, remedium.

R. Cardui syluestris, in vmbra siccati, & in puluerem redacti, ℥.s. & cum vino albo ægroto ad bibendum dato tribus vicibus, & persanabitur.

Ad carnem putridam, in naribus natam, rarum & bonum.

R. Succi porrorũ non plantatorum, quãtum satis est.
Tartari in puluerem contriti, parum
Ceræ viridis, quantum satis est, & fiat vnguentum, quo sæpius vtatur, & sanabitur.

Ad casum ex alto loco, etiam si periculum sit ruptionis partium internarum.

R. Olei communis poculum.s.
Seminis nasturtij in puluerem redacti ℥.s.
Misce, atq; ęgro bibendum prębeto. Verùm melius est, vt antequàm hanc potionem sumat, venam prius secet. Quòd si ab oleo abhorreat æger, sumat prædictũ puluerem, cũ vino. Cęterùm si forinsecus tumores à casu liuidi appareant, vel caro contusa videatur inungantur oleo rosaceo, deinde sequẽs puluis super inspergatur, quod sic se habet:
R. Foliorum myrti
Rosarum Sing. quantum satis est.

Misce

Miſce & in puluerem redigito, quo vtitor, vt dictum eſt.

Ad Scrophulas remedium facile, & bonum.

℞. Tuſsilaginis, cũ ſuis radicib. contuſis
Farinæ ſeminis lini,
Pinguedinis porcini maſculi, Sing. quantum ſatis eſt.

Miſce & fiat emplaſtrũ, quo bis in die vtitor, & videbis ſcrophulas per ſudorem reſolui. Quibus reſolutis, locus cum vino calido lauetur, per decem, aut quindecim dies: & eſt probatum.

Aliud ad idem.

℞. Teſticulorum equi, in puluerem combuſtorum ℥.s. & cum vino albo, ægro dato bibendum, per dies xxj. & ſic per os morbũ eijciet, & ſanabitur.

Vt ſcias an mulier conceptioni apta ſit, certiſsimum.

℞. Coaguli leporis, aliquantulum, & diſſolue in aqua calida, mulieri dato bibendũ ſtomacho ieiuno, in balneo aquę dulcis, quę ſi in ventre ſentiat dolores, apta erit conceptioni, ſin minus, ſterilis cenſebitur.

Ad Strumas in quinquaginta diebus, ad ſummũ ſumendas, rarum.

℞. Spongiæ vſtæ lib. s.

Piperis grana 200.

Redigantur in puluerem, deinde coquãtur in vino albo, in quo radices ebuli coctæ fuerint, coletur, & phiala vitrea obturata, in loco frigido ſeruetur. Quando autem hoc vti volueris, ſumito huius vini in aurora poculum vnũ, à prãdio aliud, veſperi aliud, ita vt ter in die ſumas. Interim tamẽ pane hordeaceo vtendum erit, & vino puro, nõ aqua diluto: præterea ab omni genere olerum, piſcibus iuſculis, & alijs huius generis abſtinendum. Verùm hæc omnia fieri debent, luna decreſcente, vſq; ad nouã, deinde rurſus decreſcẽte, vſq; ad ſecundum nouiluniũ, & ſic in 45. diebus perſanabitur.

Aliud ad Strumas.

R. Chamomillæ, in puluerem contritæ
Mellis Sing. quantum ſatis eſt.

Miſce, de hoc ſumito bis in die cochlearium vnũ, ſcilet manè, & veſperi, vt ſenſim, & per ſe deſcendat. Interim tamen victus rationẽ obſerues, vt antea dictum.

Aliud uerum & probatum.

R. Polypodij caſtanei, vel quercini, in puluerem cõtriti ℥.j. & cum vino, vel melle bis in die, bibendum dato. Sunt autem hæc luna decreſcente facienda per dies 21 obſeruata & victus ratione competenti.

Ad

Ad restituendam, extendendamq; cutem strumis ablatis.

R. Baccarum ex rosis
Aluminis
Balaustij Sing. ℥.j.

Coquantur in aceto albo, vsq; ad consumptionẽ medietatis, deinde addatur sumach ℥.s. & iterum coquãtur, donec acetum ferè consumptum fuerit, quibus deniq; ab ignè remotis partes inungantur.

Ad Anginam, tria remedia certißima.

PRIMVM.

R. Aquæ scabiosæ lib.j.
Aquæ vitæ ℥.j.

Quibus mixtis, & super affectum locum positis, in tribus horis sanabitur.

SECVNDVM.

R. Cineris hirundinum combustorum, quantum satis est, & super affectam partem ponito, si fieri potest: vel si non, parum mellis & amyli addito, & sumito per os, vt paulatim descendat.

TERTIVM.

R. Olei vitrioli Romani guttas tres, quibus in vinum iniectis, fiat gargarismus.

Ad Scrophulas remedium optimum.

R. Cerussæ optimæ contritæ ℥.iiij.
Olei communis ℥.viij.

Coquantur ſimul per quinq; aut ſex horas, donec egregiè nigreſcant, miſcendo continuè, deinde remoueantur ab igne, & fiat vnguentum, quod cum ſuper plagulam aluteá, aut linteam, expanſum & applicatum fuerit ſcrophulæ, ſiue integrę, ſiue ruptæ antea fuerint, curabuntur.

Ad Schrophulas aliud remediũ, ore ſumendum.

Sumito galliná, à plumis & viſceribus mundatam, quam coquito in aqua, abſq; ſale, donec caro ab oſsibus ſecernatur, quibus deinde in fornace aliqua abſq; vſtione ſiccatis, & in puluerem cõtritis, addito, ſeminis ſeſami, in puluerem redacti tãtundem, miſce, & fiat puluis ſubtiliſsimus: quando autem quis vti volet, ſumat cochleare vnũ cum melle, bis in die, manè ſcilicet, & cum cubitum it. Verùm hęc faciẽda, & incipienda à plenilunio, vſq; ad nouilunium. Quòd ſi ita inueteratæ eſſent ſcrophulæ, vt eo puluere non curarentur, ſequenti quoq; oleo forinſecus vti poterit, quod ſic ſe habet.

R. Cæcá ſerpentẽ, quæ Cæcilia dicitur, vná,
Olei communis, quantum ſatis eſt.

Coquantur optimè, vſq; ad diſſolutionẽ ſerpentis: fiat oleũ, quo inungantur ſcrophulę.

Aqua cœleſtis, plures & notabiles uirtutes obtinens, ut infra dicetur.

R. Caryophyllorum

Nucis

Nucis muſcatæ
Gingiberis
Zedoariæ
Piperis { Longi / Nigri
Granarum iuniperi
Cort. mali arantij
Florum { Saluię / Ocymi / Roſmarini
Maioranæ
Menthæ
Baccarum lauri
Pulegij
Gentianæ
Calamenthi
Florum ſambuci
Roſarum albarum, & rubrarum
Spicæ nardi
Ligni aloes
Cubebarum
Cardamomi
Cinnamomi electi
Calami aromatici
Stœchados
Chamædrios
Chamæpyteos
Melligetæ
Maſtichis
Thuris maſculi

Aloes hepaticæ Sing.℥j.

Sem. { Anethi
Matricariæ }

Ficuum
Vuarum passarum
Pulpæ dactylorum
Amygdalarum dul.
Pinei nucleorum
Mellis candidi Sin.℥.vj.
Sacchari albissimi ad pōdus omniū,
Aquæ vitæ, quinquies distillatæ, tantundem.

Misceantur omnia, & ponantur in cucurbitam vitream, bene obturatā, per dies duos, deinde alembico superimposito, distillētur igne admodum lento, & exibit aqua pellucida, & pretiosa, quæ cū colorē mutare albaq; exire incipit auferatur à recipiente. Valet autem hæc ad faciem dealbandam, lentigines & alias faciei maculas expellendas, siquidem facies per dies quindecim, ea lauetur. Sumito igitur primam aquam lucidam, cui adde aquæ vitæ, quam Mel Balsami vocant, tantundem: misce, & cum in cucurbita vitrea, bene clausa, per duos dies steterint, distillentur igne perlento, & exibit aqua primò lucida, & odorata, quæ auferi, ac seruari debet. Post verò hāc alia exibit aqua, similis aquæ pluuiali, quæ cum exierit (id autē cognoscitur quando rubra apparere incipit) simil

ſimiliter tolli, ac conſeruari, vt prima. Quæ cum omnis exierit, tertia quę ſanguini ſimilis eſt, colligenda, ac diligenter in phiala vitrea conſeruanda, pro re pretioſiſsima. Nam nobiliſsimas virtutes in ſe continet, quarũ hæ præcipuæ ſunt. Valet enim ad vulnera recentia mirum inmodum, ita, vt ſi parum huius aquæ infundas, alio remedio opus nõ ſit. Præterea vulnera antiqua, cancrum, lupam, noli me tãgere, & id genus alia, in quindecim, aut viginti dies curat, modò alternis vel tertio quoq; die ea quis inungatur. Curat, & extinguit carbunculos, eryſipelas, ſeu ignem ſacrum, & omnem affectum peſtilentialem, ad terminum horæ vnius. Ad omnem oculorum ægritudines, modò oculus non ſit perditus, valet mirabiliter: nam quindecim diebus eas perfectè ſanat. Verum eſt, quòd oculis, primo occurſu, dolorẽ infert, ſed cum ſtatim ceſſet, nullum ijs periculum adfert. Cæterùm tam renum quàm veſicæ calculos frãgit, modo ℥.s. vel ℥.j. vel cum vino albo, vel iure cicerum, ſumat æger. Sanat hæmorrhoides, ſi ſingulis diebus partes ſemel inungantur. Valet inſuper ad matricis ſuffocationem, ad colicam paſsionem, ſiquidem cochleare vnum, cum iure gallinarum, vel braſsicæ bibatur, nam ſubito dolores aufert. Neruos cõuulſos, induratos, ſtatim perſanat, ſi ea lauentur. Ad lippitudinem, ocu-

lorum lacrymas, mirificè valet, si gutta vna manè in aurora, ijs infundatur. Scabiē, morpheam, & id genus alia curat, si partes aliquando ea lauentur. Omnem præterea affectum aurium, & dolorem, vermes quoq; in eis cōtentos, occidit, modò manè, aut vespe ri, guttula aliqua in aures inijciatur. Contra morsum venenatorum, plus valet quàm the riaca, si locus affectus illinatur: omnis item generis vermes, in corpore humano occidit, & eijcit, si prius nares inungantur, deinde parū etiam per os sumatur. Valet deniq; ad omne vulnus venenosum, omnia immedicabilia, schrophulas ad omnes alias ęgritu dines extrinsecas, modò lauari posśint, & per os sumatur aqua: ad omnē corporis frigi dam intēperiē, ad restaurandos senes, & qui fame, morbo, animi ægritudine, consumpti sunt. ad conseruandum humidum radicale, calorem innatum, iuuentutem, sanitatem, vi tam longam, modò ritè hac vtantur.

Remedium rarum & perfectum, quod sanat fatuos, siue à cerebri aliqua ægritudine, siue aliquo ueneficio sic redditos.

Primò per quatuor dies vtatur quatuor sequētibus clysteribus, quorū primus ex fur fure, sale & oleo factus esse debet: Secundus ex aqua, in qua cocta fuerint malua, mercurialis, parietaria, violæ cū oleo & sale: Tertius

tius ex aqua, oleo, ſale, ſapa, & melle. Quartus & vltimus, ex aqua, ſale, oleo, ſapa, melle, endiuia, bugloſſa, ebuli folijs, quæ cum ſatis cocta fuerint, fiat colatura, de qua accipe lib. j. cui adde pulpæ caſsiæ ℥.j. mithridati ʒ.j. & fiat clyſter, quarto, & vltimo die ſumendus. Quibus adhibitis, ſequenti medicina vti cõuenit, quæ ſic ſe habet:

℞. Polypodij quercini, contuſi optimè, m.j. aut ij. & fiat inde ſuccus, de quo ſumito ℥.iij.
Mellis roſ. ℥.ij.
Electuarij roſ. Meſ.
Diaphœniconis, Sing. ʒ.ij.

Miſce & fiat potio, in introitu lecti ſumenda Qua ſumpta ſi ſit hyems, curandum, vt aliquandiu in lecto maneat æger pannis bene coopertus: ſi verò æſtas, nihil nocebit, ſi deambulet, modò ædes nõ egrediatur. Verùm ſi hanc ſumere ęger nollet, vi cogendus erit. Cæterùm his omnibus factis, vnguentũ cõficiendum erit huiuſmodi:

℞. Succi rad. ebuli
Butyri recentis Sing. lib. j. s.

Coquantur ſimul, donec ſuccus ferè fuerit conſumptus, deinde adde:

Olei { Chamomillæ
Roſacei
Hyperici }

Miſceantur omnia bene, & fiat vnguentum.

quo inungatur æger totus, à collo vſq; ad pedes, bis in die, manè ſcilicet & veſperi, continuando per menſem vnũ. Porrò quarto ab inunctionibus die, fiat cauterium iuxta capitis commiſſuram, ſuper quod plagula cum axungia porcina, conijciatur, per octo vel decem horas, ſed hoc in principio faciendũ, deinde cicerem imponas, deinde folium hederæ, deniq; plagulam, & ligẽtur, ne aliquo modo decidant. Verùm hęc bis in die, nempè manè & veſperi commutanda veniunt. Quòd ſi æger à prædictis non perſanaretur, iterentur omnia, vt prius, & fieri haud poterit, quin gratia Dei perfectè curetur. Equidem ratio quoq; victus hîc obſeruanda venit, quod fiet, ſi vtatur carnibus vitulinis veruecinis, pullorum, caponũ, &c. & maximè aſsis, ouis recentibus, iuſculis carnium. Ex oleribus eligenda ſunt, borrago, bugloſſa, ſpinachia, malua, betonica, ſaluia, maiorana, mentha. Ab omni genere leguminum abſtineat, quemadmodum ab omnibus ſalſis, aceroſis, & ſimilibus. Vinum bibat album, odoriferum, aqua dilutũ. Vitet triſtitiam, mœſtitiam, iram timorẽ & omnes animi affectus. Audiat inſtrumenta muſica, & omnia, quæ animum recreare poſſunt. Sæpenumero ab aliquo prudenter reprehendatur, propter falſas eius animi impreſsiones, quod melius à muliere formoſa, prudenteq; fieri poteſt, quibus

quibus magis pudore affici soleant huiusmodi homines.

Pilulæ Michaelis Scoti, ad capitis antiquũ dolorem, quæ cerebrum purgant, uisum clarificant, memoriam conseruant, colorem faciei bonum reddunt, ualent præterea ad multas alias ægritudines.

R. Aloes lotæ ℈.iij.
Rad. cucumeris syluestris
Mirobalanorum omnium
Diagridij
Mastichis
Baccarum lauri
Rosarum Sing. ʒ.s.
Croci ℈ j.
Myrrhæ ℈.s.

Misceantur omnia, atq; in tenuissimum puluerem redigantur, deinde cum succo brassicæ fiant pilulę, de quibus singulis quaternis diebus sumito tres aut quatuor, à cœna in introitu lecti.

Ad Mamillarum ægritudines, doloresq; remedium optimum, & probatum.

R. Vittellorum ouorum n°.ij.
Ceræ nouæ
Tutiæ præparatæ
Olei rosacei Sing. parum.

Misceantur & liquefiant ad ignem, & fiat vn

guentum. Verùm antequàm hoc vnguento vtantur mulieres, oportet vt prius mammillarum capita, vino albo, in quo cocta fuerint rosarum folia, plantaginis, oliuarum, lauentur, deinde cum bene siccata sint, super linteum vnguẽtum expandatur, appliceturq́;, & sanabuntur.

Ad maturandos inguinum Bubones, aliarumq́; partium.

R. Medullæ panis
Vuarum passarum contusarum
Butyri
Axungiæ porcinæ
Fermenti
Lactis vaccini, Sing. quãtum satis est.
Croci parum

Misce & fiat vnguẽtũ, quo bis in die vtatur, & citò aperietur. Verùm in ea parte, in qua ruptionem vel apertionem fieri cupis, parũ croci superponito. Cæterùm rupto apostemate, vlcus, vnguentis mundificantibus, deinde consolidantibus curandum erit.

Ad repellendos inguinum Bubones, ita, ut euanescant, modò in principio statim fiat.

Sumito stuppam in vrina madefactam, & deinde expressam, saleq; aspersam, & calidam affectæ parti superponito, deinde dimidiam partem citri, aut arantij mali superaddito.
Quod

Quod cum bis in die factum fuerit, paucis diebus euanescet tumor.

Emplastrum aureum ad uulnera, quod admirãdæ est uirtutis.

R. Picis Græcæ
Sulphuris
Olibani albi Sing. part. j.

Misceantur, conterantur, & cum albuminibus ouorum fiat emplastrum, quod cum super pergamenum expansum, vulnerumq; labra bene vnita, & sanguis abstersus fuerit, vulneri applicetur, fasciaq; obligetur. Hoc remedium chirurgus quidam Neapolitanus cum diu abscondisset, tandemq; ipse vulnus recepisset, & per alium quendam parandum curauisset, cognitum fuit.

Secretum ex India allatum, ad ægritudines diuersas probatum.

Carduus benedictus valet (modò edatur) ad omnem capitis dolorem, auditum exquisitum, memoriam conseruat, curat vertiginem, cerebrum, visum confortat, nõ solùm esus, verùm etiam in oculos positus. Purgat ventriculum, pituitam, appetẽtiam excitat, pectus dilatat, catarrhum consumit, ventris dolorem aufert. Vino ex eo paratum, vel aqua vitiosos humores consumit. Si verò edatur, sanat lienis affectiones, calculos renum

comminuit, ad flatus apostemata, si per clysteres inijciatur, pestilentiam, præsertim, si subito, vel aliquantulum eius succi, vel pulueris bibatur. Sanat etiam vlcera, vulnera non mortalia, tribus diebus si lana eius, seu bombyx super applicetur. Oris alitum fœtentem emendat, gingiuas, dentesq́; confortat, siquidem mandatur. Valet ad vteri suffocationes, cor lætificat. Cæterùm cum infantis vrina fiant clysteres, sanat morbũ comitialem, laterum seu lumborum dolores, si cũ vino albo bibatur. Porrò si cum aqua bibatur, tribus aut quatuor horis ante febrium accessiones, deinde æger sudet, febres persanat. Ad ramicẽ & morsum, omnium animalium venenosorum, prodest.

Ad Tussim recentem, & antiquam, optimum et tutissimum.

℞. Sulphuris contriti ℥.s.
Belzoini seu assæ ℈.s.

Misce & in tenuissimũ puluerẽ redigito, sũmitoq́; cum ouo sorbili. Quòd cum per tres dies, & bis in die, manè scilicet, & vesperi, cũ dormitum it, continuauerit, sanabitur.

Syrupus ad Tussim, pectorisq́; angustiam, optimus, qui & uentriculum mundificat, uocem, coloremq́; faciei emendat.

℞. Liquiritiæ

Hyſſopi
Saluiæ
Roſmarini
Cardui benedicti
Ficuum
Vuarum paſſarum
Amyli Sing. quantum ſatis eſt.
Cichorij cum ſuis rad. m.j.

Miſceantur, & coquátur omnia in aqua fontana per horam vnam, deinde exprimantur omnia bene, colentur, cuiq; addantur radicũ altheæ, mundatarum & contuſarũ, lib.ij. vel.iij. & iterũ coquantur per horas tres, aut plus, deinde colentur, addaturq; rursũ mellis, quátum colatura appenderit, quod cum aliquandiu coctum, & deſpumatum, deinde ab igne remotum fuerit, adiungantur.

Cinnamomi electi ℥.j.
Belzoini ſeu aſſæ odoratæ ʒ.ij.
Muſci parum.

Miſce & fiat ſyrupus, quo ſi quis vtatur, per hyemem, atq; bis in die, manè ſcilicet, & veſperi, ad duorum, aut trium cochleariũ menſuram, calida, à tuſsi, catarrho, atq; alia ſimili ægritudine, curabitur.

Vnguentum ad Tuſsim, uerum & facile.

R. Aliorum n°.iij.
Axungiæ porcinnæ, quantũ ſatis eſt.

Contudantur optimè, & fiat vnguentum,

quo inungantur pedum plantæ ; ad ignem vesperi, cum itur dormitum, deinde in lecto inungatur aliquantulum etiam spina dorsi. Quod cum per tres dies continuos factum fuerit, liberabitur ab omni tussi vehementi æger. Potest etiã vti æger, prædicto syrupo, vel alia pectorali decoctione, tã in prandio, quàm cœna, & alijs temporibus.

Ad Vlcera uetera, putrida, incurabilia, facile & bonum, quod uno aut altero die sanat.

R. Terebinthinæ ter lotę, primò aqua fontana, deinde rosarum, aut plantaginis ℥. iij.
Vitelli ouorum n°. j.
Olei rosacei ℥. j. s.
Argenti viui sublimati ʒ. s.

Misceantur omnia optimè, & fiat vnguentũ, quo vtitor. Quoniam autem aliquantulum trahit hoc vnguentum, tale defensiuum faciendum erit, vt

R. Olei rosacei ℥. ij.
Aceti ℥. s.
Boli Armeni parum.

Misce, & inunge partes, circũ vlcus, ad quatuor, aut sex digitos. Interim tamen membrum in quo vlcus consistit, prope ignẽ positum esse oportet: quo fiet, vt ęger, dum caro à medicamento exeditur, dolorem notabilem nõ sentiat. Cæterùm cum iam omnẽ carnem putridam exederit, butyro inungendum

dum erit vlcus, per diem vnum, & videbis effectum mirabilem.

Contra Peſtem ſæpius probatum.

Sumito cæpam vnam, quæ cum per mediũ inciſa, excauata, & optima, deinde theriaca impleta fuerit, coquatur ſub cineribus, in linteo madefacto, deinde auferatur, & ſuccus exprimatur, de quo ſumat æger cochleare vnum, & ſtatim perſanabitur.

Contra Peſtem ſuffimentum.

℞. Thuris
Macis
Abſinthij
Myrrhæ
Ligni aloes
Ocillietti
Narcaphthi
Muſci
Ambræ
Nucis muſcatæ
Myrti
Maſtichis
Cupreſsi
Lauri
Roſmarini
Saluiæ
Roſarum
Sambuci

Caryophyllorum
Iuniperi
Rutæ
Picis
Resinæ Sing. part. j.
Misceantur & in tenuissimũ puluerem conterantur, & super carbones accensos conijciantur, fiat suffimentum.

Ad Pestem remedium optimum.

Sumito pulueris baccarum lauri excorticatarum, cochleare vnum, cum aceto, & aqua tepida, maximè si febris sit ardens, deinde dormiat, sudetq; & sanabitur. Verũ si febris non fuerit ardens, sed cum rigore inuaserit, puluerem cum vino accipiat.

ALIVD.

R. Dictamni albi
Tormentillæ
Coral. alb.
Gentianæ
Boli armeni
Terræ sigillatæ Sing. quant. satis est.
Misce & fiat puluis, cui adde:
R. Aquarum { Endiuidiæ, Rutæ, Rosarum, Scabiosæ, Aceti albi } Sing. part. j.
Misce omnia, & fiat potio, sumenda tepida,

ante-

antequàm quatuor horæ euaſerint, deindè maneat in lecto, & ſudet.

Contra Peſtem, antidotum præſeruans.

℞. Dictamni albi
Ariſtolochiæ rotundæ
Carlinę, ſiue hormini
Verbenæ
Gentianæ
Zeduariæ
Cornu ceruini Sing. ℥.j.
Rutæ m.j.

Contundantur parum, ponanturq́; in phialam, vitream magnam, ſuperinfundendo vini albi optimi menſuras quatuor, aut quinq́;, relinquaturq́;. Peſtis autem tempore de hoc vino ſumito poculum dimidium, ſingulis diebus, manè in aurora, vbi prius nucem & ficũ, cũ duobus aut tribus folijs rutæ ſumpſeris, & præſeruaberis à peſte.

Emplaſtrum, aperiens Peſtem.

℞. Olei communis quartam.j.ß.
Ceruſſæ contritæ ℥.iiij.
Lithargyrij cribrati ℥.iij.
Ceræ ℥.iiij.

Miſceantur & coquantur, deinde ab igne remotis, addatur aceti parum, & fiat emplaſtrum. Et cum vti voles, primò ſuper linteũ, perforatum in medio diſtendito, deinde ſu-

per foramen, aliud linteolum, cum vnguento mortificante addito. Quo facto aliud linteum absq; foramine, emplastro illitum, super addito, relinquaturq; per horas vigintiquatuor, deinde auferatur tātùm linteolum, super foramen positum, atq; aliud recens cū prædicto vnguento mortificante, applicetur per alias 24 horas, deinde partes etiam circum inungantur, cum axungia porcina. His omnibus factis, auferatur emplastrum, appliceturq; linteum, cū axungia porcina, aut galline pinguedine, & sic exibit, & cadet caro illa mortificata, & sic foramen illud inde factum, curetur vnguento aliquo competente. Quòd si caro supercresat, ccū vnguento superponito aluminis vsti, aliquātulum.

Contra Pestem aliud.

Sumito duo aut tria folia rutæ, allij spicam, nucis nucleum vnum, salis granum, misce & stomacho ieiuno capito, singulis diebus vsque ad mensem vnū. Valet etiā ad vermes.

Aliud probatum.

R. Aquæ { Vitæ / Melissæ / Plantaginis } Sing. lib. j.

Misce & serua. Quando autem vti voles, sumito huius aquæ ℥. ij. alternis tātùm diebus & eris tutus à peste. Hæc etiam valet ad fistulas & vlcera.

Aliud

ALIVD.

R. Theriacæ
Aquæ vitæ
Vrinæ infantis masculi Sing. part. j.

Misceantur & quotidie manè in aurora, sumat æger, poculum vnum, per dies tres, & sanabitur.

ALIVD.

Subitò, cum pestis aliquem inuadit, sumat theriacæ aliquantum per os, deinde super partem affectam ponat etiam aliquãtulum. Quo facto illico columbam viuam in duas partes secato, partem vnam sic calentem, super theriacam, affectamq; partẽ, ponito, donec columbæ pars viridis fiat, theriacaq; rubescat, quòd cum ita fiat videbis ex columba aquam viridem emanantem, quæ nihil aliud est, quàm venenum. His factis bubonẽ ad maturitatem sequẽti emplastro reducas, quod est huiusmodi:

R. Axungiæ porcinæ ℥.iiij.
Absinthij contusi ℥.ij.

Misce & fiat emplastrũ, applicandũ tumori.

ALIVD AD PESTEM.

R. Mastichis ℥.ij.
Euphorbij. ℥.j.
Spicæ nardi ℥.v.

Misce & fiat puluis, de quo sumat ęger, siquidem puer sit ℈.j. si adolescens, ʒ. ß. si vir ʒ. j.

Quo facto, sumito quinquefolij, quantũ satis est, ex qua decussatim collocata, fiat pila, quę sub cineribus ponatur cum linteo, mox auferatur, scindaturq; in partes duas: quę si- deniq; super partem affectam collocata fuerit, illico dolorem remouebit.

ALIVD AD IDEM.

Sumito tempore pestis, duo aut tria folia rutæ, nucem, & ficum vnũ, & simul comedito.

ALIVD.

R. Stercoris pueri, sicci, & in puluerem redacti, cochlearia duo, musci parum: misce, et sumito cum vino albo, antequàm sex horæ elapsę fuerint, ab ea hora, qua correptus fuit peste.

ALIVD.

R. Cæparum albarum n°. j.
Mellis
Aceti
Succi rutæ
Millefolij Sing. part. j.

Misce, & fiat potus, de quo sumat ęger poculum dimidium calidũ, deinde maneat in lecto, & sudet. Hoc autẽ faciendum, antequã sex horæ præterierint, vt antè dictum est.

ALIVD.

R. Pulegij
Conseruæ rosſ. Sing. quãtum satis est.

Misce, & fiat electuarium, quo vtẽdum erit, tem-

tempore pestis, stomacho ieiuno, ad quantitatem castaneæ.

Aliud ad idem probatißimum.

Sumito nuces immaturas, quãtum satis est, quæ cum in aceto per dies octo fuerint, eximantur, & cõtundantur, demũ distillentur, donec omnis aqua exierit. Quando autem quis vti volet, sumat huius aquę ℥.iij. vel iiij. per aliquot dies, & maneat in lecto, bene cooperius.

Aliud perfectißimum.

R. Aloes hepaticæ ℥.j.
Myrrhæ
Croci Sing.℥.s.

Misce, & cum vino albo odorifero fiat massa pilularum. Quòd si medicamentum efficacius reddere voles, adde diagridij, caphuræ Sing.℥.j. Dixit mihi Dominus Octauianus, D. Franciscum de Albertis medicum, cum tres octauas, absque diagridio, prędictarum pilularum, in vino dissolutarum, ęgrotis prębuisset, statim ab initio accessionis, deinde mandasset, vt in lecto sudarent, eos liberasse, quia per sudorem illud venenum expellebatur.

ALIVD.

R. Florum nucum, in vmbra exiccatorũ
Nucum immaturarum, minutatim

incisarum Sing. quantum satis est.
Nuces in aceto ponito per dies tres, deinde eximantur, & vnà cum floribus distillentur, donec aqua omnis effluxerit. Quòd si vti voles, sumito ℥.ij.s.vel.iij. Hoc autem fiat statim ab initio accessionis, & sanabitur. Nam hęc aqua virus euacuat, vel per secessum, vel vomitũ, vel si apostema auctũ esset, rũpatur eo ruptorio, quod hoc in opere docebitur.

Ad perimendum Apostema pestiferum, facile.

℞. Salis communis cõtriti quãtum satis
Vitell. ouorum n°.j.

Misce, quibus mistis, & super affectũ positis, breui tempore, Dei gratia, sanabitur æger.

Ad liuidas & Pestilentes Pustulas, in cute apparentes, quas quidam Itali, Petechias, alij signa uocant.

℞. Rhapontici recentis
Radicum graminis
Tormentillæ
Dictamni albi Sing. ℥.ij.

Misceantur, & contundantur, deinde coquantur in aqua fontana, vsq; ad consumptionẽ tertiæ partis igne lento, demum colẽtur, & seruẽtur. Quando autẽ quis vti volet, sumat poculum vnũ, calidum, bis in die, manè scilicet & vesperi, duabus horis ante cœnã. deinde maneat in lecto, pãnis optimè inuolutus

tus,& ſudet. Quando autē ſigna per corporis cutem ſubliuida ſpargentur, & ſimilis leproſis apparebit æger,ſanabitur.

Contra Peſtem probatum.

℞. Gentianæ
Zeduariæ
Rad. tormentillæ Sing.℥.ij.
Dictamni albi recentis, vel non multum antiqui
Cornu ceruini vſti
Margaritarum albarum
Boli Armeni
Ariſtolochiæ rotundæ Sing.℥.j.
Caphuræ ℥.s.
Sacchari albiſsimi ℥.ij.

Miſce omnia, & fiat puluis ſubtiliſsimus. Quòd ſi vti voles,ſumito theriacæ optimæ, inſtar nucis pulueris prædicti ʒ.j. aquæ endiuiæ,vel acetoſæ ℥.iij. miſce, & fiat potus, quo vtatur ęger antequàm à principio morbi,horę duodecim præterierint. Verùm ſi ęger eſſet adhuc puer, ſumat tantùm drachmam dimidiam pulueris, aquæ, theriacæ, ſingulorum ſimiliter ʒ.s. Valet etiam hęc potio ad venenum ſumptum per os, & ad febrem ardentē. Quòd ſi ſanguinis detractio fieri poſsit ante potionem, fiat ex eodem latere,in quo affectus conſiſtit,ſi verò nō, fiat poſt potionem ſumptam.

Globi contra Pestem.

R. Ladani ℥.s.
Styracis, calamitæ ℥.j.
Diambræ
Diamusci
Nucis muscatæ
Macis
Cinnamomi electi Sing.ʒ.s.
Rosarum Damasch. ℈.j.
Spicæ nardi ℈.s.
Musci gr.viij.
Pulueris violettæ ℥.s.
Ligni aloes gr.iiij.
Calami aromatici, ad fabæ magnitudinem
Ambræ gr.iiij.
Myrrhæ ʒ.s.

Conterantur singula, per se, in mortario calido, deinde misceantur optimè cum aqua rosarum, & styrace liquida, quantum pro orbiculis formandis satis esse videtur.

Vnguentum perimens Pestem.

R. Ligni salicis, aut fabarum, idq; combure, atq; in aceto extingue, & sicca in vmbra, & contere quantum satis est, calcis viuæ, quantum satis videtur, misce. Quibus factis sumito aquæ saponariæ ℥. iiij. & coque ad spissitudinem, cui adde:

Pulueris prædicti, quantum satis est
Axungiæ porcinæ ℥.s.

Can-

Cantharidum contritarum ʒ.s.

Misce & fiat vnguentum. Quòd si nimis durum esset, ádde mellis parum, & cõseruetur in vase bene obturato.

Oleum contra Pestem & uenena.

R. Olei communis lib.ij.

Scorpionum n°.centum

Misceantur, & coquãtur in vase duplici, vsq; ad consumptionem tertiæ, deinde extractis prius scorpionibus, fiat colatura, cui adde:

Rhabarbari ℥.ij.

Vnicornu ℥.ij.

Theriacæ ℥.j.

Aquæ vitæ ℥.iij.

Misceantur omnia, & ponãtur ad solem per duos aut tres menses, in vase aliquo optimè obturato. Quòd si sit hyems, ponantur per dies tres, sub calidis cineribus. Modus autẽ vtendi sic se habet, nempe inungãtur partes circa cor, omnes arteriæ, & videbis effectũ admiratione dignum.

Præseruatiuum contra Pestem, optimum, quod in Anglia, tempore magnæ illius pestilentiæ, Anni 1348. ab omnibus medicis probatum fuit. Nam omnes qui hoc usi sunt, euaserunt.

R. Aloes hepaticæ

Cinnamomi electi

Myrrhæ Sing. ʒ.iij.

Caryophyllorum

Macis
Ligni aloes
Maſtichis
Boli Armenij Sing.ℨ.s.

Miſceantur & fiat puluis ſubtiliſsimus, de quo ſumito ſingulis diebus, mane in aurora, cũ vino albo, aqua diluto, & gratia Dei à peſte tutus præſeruaberis.

Præſentiſsimum remedium ad eos, qui peſte correpti ſunt, quod ualet etiam ad liuidas puſtulas in cuti, ex febre peſtilentiali ſubortas: itemq; ad carbunculos, ignem ſacrum, & id genus alia.

R. Hederæ baccas, maturas, & in vmbra ſiccatas, deinde contritas, & fiat puluis, de quo accipiant ægri ʒ.s. cum poculo dimidio vini albi, deinde maneant in lecto, vt optimê ſudent. Poſtquàm autem ſudauerint ægri, induſium, linteamina lecti, & ſtragula mutentur, ſi quidem fieri poteſt: ſin minus, induſiũ tantùm cum linteaminibus. Atque ſic aliqui vna ſola nocte ſani euaſerunt. Mediolanenſem quendam vidi ipſe Aleppæ, correptum peſte, vnà cum bubone in inguinibus, & ſub axilla altero, qui cum hoc puluere bis in die, manè ſcilicet & veſperi vteretur: ſequenti die, bubonibus ruptis conualuiſſe.

Contra Peſtem remedium facile, trahens uenenũ à parte affecta, ſiue in ea ſit bubo, ſiue carbunculus, aut alius quiuis tumor.

Sumi-

Sumitto gallinam viuam, atque in ea parte, qua oua parit, deplumatã, ponito super partem affectam, sinasq; aliquandiu, deinde auferatur, & sic omnem aut maiorem veneni partem eam attraxisse, & paulò post mori videbis. Verùm melius est, si bis aut ter fiat, cũ alijs recentibus gallinis, quoniam sic omne venenum attrahent. Quibus factis: inungatur pars affecta theriaca optima, vtanturq; ęgri supra dictis remedijs, per os, & maximè hæderę, vel lauri baccis, vel alijs huiusmodi. Quòd si bubones, propter pestis vehementiã non aperirentur, superioribus remedijs, quę frangendi aperiendiq; vim habent, vtẽdum erit, vt melius omne venenũ inde eximi, ac deriuari queat.

Modus, quo quisque tempore pestis præseruari possit.

Primo cum vitiosi, & semiputrefacti humores, facilius ab aere pestilenti corrumpãtur, opera danda erit, vt caput, ventriculusq;, humoribus vitiosis vacent, quod fiet, si aliquãdo vtatur medicinis purgantibus, vt cassia, pilulis vel mastichinis, vel de aloe, & similibus: & supra omnia conuenit vsus tartari, siquidem in puluerem redigatur, dissoluatúrque in aqua calida, & coletur, deinde siccetur, vt aqua salis, & seruetur. Quando autem quis vti volet.

R. Huius pulueris ℥.iij.
Conseruæ rosarum ℥.xij.
Misce, & fiat electuarium, de quo sumito ℥.j. manê in aurora, alternis tãtùm diebus: facit enim vẽtrem lubricum & mũdum. Quòd si conserua haberi nequeat, dissoluetur, vel cũ iure carniũ, aut brassicæ, relinquatur sic parum, donec fæces subsideant: quibus abiectis, ius bibat alternis diebus, vt dictum. Cæterùm à multis cibis abstinẽdum erit, & maximè fumosis, durisq́;. Vtatur cibis, qui sanguinem purgant, vt buglossa, boragine, cichorio, lactuca, & huiusmodi. Vitet repletionem, & nimiam inanitionem. Quare bonũ erit, vt singulis diebus in auro sumat aliquod prædictorũ præseruatiuorũ, vt pulueris vltimi in Anglia probati, vel similiũ. Deinde duabus horis ante prandiũ, aliud quoddam præseruatiuum sumendum, vt rutam, ficum & nucem, vel cõseruam aliquam supra positam, vel frustum mali citri conditi, vel aliquantulum syrupi acetositatis citri, vt inferius docebimus, quo etiam in prandijs & cœnis pro sapore, siue condito, vti licebit, quemadmodum à cibo sumpto, seminibus mali citri conditis, quæ optima contra venena habentur. Cæterùm optimum erit, vt singulis diebus, manè scilicet & vesperi, manus tempora pulsus, nares illinantur, aceto rosaceo, in quo iniectum sit parũ caphuræ, aquæ rosa-

rosarum, ligni aloes, parū xilobalsami, si haberi potest, sin minus, parum cinnamomi. Quòd si hæc omnia desint, vtatur aceto puro. Ferant secum homines, odorifera, aut in chirothecis, indusijs, strophiolis, capillis, babris, orbiculis supra dictis. Cæterùm habitationes, sint mundę, maximè ab omnibus fœtidis excrementis, quod fiat, si talia loca sæpius purgentur, obstruanturq́;. Vitet tapetia, peristromata, pannos è lana, & id genus. Diuitias sæpius vtantur suffimētis, maximè ijs, quæ sequēti libro docebuntur. Pauperes verò suffimenta parent ex folijs, & ligno lauri, rosmarini, iuniperi, cupreſsi, item ex corticibus citri, aurantiorum & limoniorum malorum, & similibus, præterea ex styrace, calamita, ladano. Vitet omnes animi affectus, tritiam, mœstitiam, timorē, iram, &c. quæ corrumpunt sanguinem, aliosq́; humores, cordebilitant, spiritus offendunt prosternātq́;, & per consequens naturam debilitāt. Vitet præterea lætitiā seu gaudium nimium, præsertim cum poros, & meatus corporis facilè dilatet, & mala aeris affectio per eos recipiatur. A Venere nimia abstineat, sed quantum fieri potest, vtatur victus ratione media, ac temperata. Super omnia teneat animū philosophicum, & Christianū, non timeat mortem, neq; magni pendat vitam, sed tandiu in hoc mundo viuere desideret, quandiu Deo

patri noſtro benignisſimo, qui omnia ad noſtram vtilitatem facit, placeat & tunc vitam ſuam amittere non grauetur, quando ad meliorem nos ducere, ei placeat. Quare omnis ſpes noſtra in eo ſemper poſita eſſe debet: Nam ſic gratia ſua efficiet, vt nobis ipſis prouideamus, ipſeq; nobis adiumẽto erit, vt ea conficere queamus, vel ipſe ſolus tanquam ſapientisſimus, & potentisſimus medicus, nos, vel conſeruabit, vel ad ſe tum recipiet, quando expedire nobis cenſebit, & nõ quãdo nos deſideramus, cũ ſæpe numero quid optandum ſit, ignoremus.

Modus conficiendi ſuccum acetoſitatis citri, ad eum uſum, de quo ſupra dictum eſt.

R. Succi acetoſitatis citri, quantũ volueris
Mellis deſpumati, in ſingulas ſucci libras, ℥.ij.
Sacchari, quantum ſatis eſt
Cinnamomi contriti, parum.

Miſceantur, & coquantur non diu, deinde ſeruẽtur. Hoc vti licebit ante prandium, & etiam in prandio, & cœna, pro condimẽtis, vt dictum eſt. Eſt nãq; remedium optimũ, tã ad pręſeruandum, quàm ad peſtẽ depellendam. Eſt quoq; eius continuus vſus, pro ijs, qui ſuſpitionem veneni habent, vtilisſimus.

FINIS LIBRI PRIMI.

D. ALEXII PEDEMONTANI DE SECRETIS.

LIBER SECVNDVS.

Modus conficiendi Oleum imperiale, ad capillos, barbam, manus, chirothecas inungendas. Potest etiam poni in lixiuio, ad indusia, sudariaq́; lauanda, quod quidem oleum magno, & paruo precio confici potest.

R. Ambræ, minutatim incisæ, ℥. s.
Styracis calamitę, minut. incisi, ℥. viij.
Aquæ rosarum
Olei ros. Damsc. sing. lib. ij.
Caryophyllorum, crassè contritorũ nº. vj.
Cinnamomi contriti ʒ j.

Misceantur omnia, & ponantur in phialam aliquam vitream, optimè cera, deinde pergameno obturatam, sub fimo, per dies octo, deinde auferátur, inijcianturq́; in ollam vitream, coquantur per horas duas, igne lento. Quibus factis, remoueantur ab igne, & cũ omnia frigida sint, cochleare aliquo, vel argenteo, vel frusto poculi vitrei, colligetur oleum supernatás optimè, seruetúrq́; in phiala aliaqua vitrea, optimè obturata, siquidem tantùm musci & zibetti additũ

ſit,quātum ſatis eſſe viſum fuerit. Hoc oleū pretioſiſsimum eſt, confortat cerebrum, putrefactioni ab aere peſtifero reſiſtit. Cęterùm materia in fundo relicta, optima eſt, pro cōficiendis orbiculis, ſuffimentis. Quòd ſi minori pretio parare voles, facies abſq; ambra, & muſco, vel parum admodum addendo.

Modus cōficiendi olei Balanini, uel de Ben, quo ſuffitores utuntur, odorati per ſe, & non magni pretij, ad chirothecas, & alia huiuſmodi odore imbuenda.

Oleum Balaninū, ſiue de Ben fit, vt oleū amygdalinum. Hoc quidā vtūtur ſuffitores, duabus de cauſis, quarum vna eſt, quòd nullo odore præditum ſit, quo fit, vt odorata omnia, quæ eo condiuntur, nullum alienum odorem acquirant, ſed proprium eorum ſeruent. Altera eſt, quòd longo tempore duret, neq; vllo modo rancidum fiat, neq; corrumpatur, quemadmodum aliud oleum omne. His itaq; de cauſis ſuffumitores, in hoc oleo, ambram, muſcum, & alia id genus diſſoluūt, pro ſuffiendis chirothecis, & alijs. Verùm cum ſic paratum nō penetret bene, ac ſi alio modo, vt nunc dicetur, paratū eſſet, propter ea quòd pulueres admiſti, ei corpus, ſoliditatemque concilient. Quare cum nō bene ad interiora penetret, ita vt odor diu cōſeruari poſsit, modum alium eumq; perfectiſsimū, per-

perficiendi illud, hîc adſcribã. Itaq; ſumito glandes vnguentarias, mundatas, & in quatuor partes inciſas, easq; in cribro rariore ponito: deinde ſumito muſci, zibetti, quantum ſatis eſſe videtur, & cum aqua roſarũ diſſoluito, in vaſe aliquo ſuffitorio: demũ ad ignẽ ponito, cum glandibus vnguentarijs ſupra poſitis, ita, vt fumum omnem in ſe recipiát. Quibus factis, oleum ex glandibus extrahetur, ſeruetúrq;: & ſic habebis oleũ perfectiſſimum, atq; Imperatore dignum, ſiue pro ſuffiendis chirothecis, ſiue alijs huiuſmodi.

Aqua odorata ualde. Prima.

℞.
Aquarum { Roſ. Damaſch lib. xij.
Lauendulæ }
Caryophyllorum
Cinamomi electi ſing. ℥. j.
Macis
Cardamomi
Muſci
Ambræ ſing. ℈. s.
Cort. mali citri
Sandali citrini
Ireos ſing. ℥. s.
Belzoini ſiue aſſæ dulcis
Styracis calamitæ ſing. ℈. j.

Quibus omnibus miſtis, atq; in phialam vitream poſitis, per dies quindecim, diſtillentur per balneum Mariæ: deinde cũ per alios

dies quindecim, ad ſolem poſita fuerit, optima atq; perfectiſsima erit.

Aqua Secunda.

R. Roſarum Damaſch.

Florum { Caryophyllorum ſing. lib.j.
Roſmarini
Lauendulæ
Iaſmini }

Maioranæ
Serpilli
Satureiæ ſing. ℥.iij.
Cinnamomi electi
Belzoini ſeu aſſæ odoratæ
Styracis calamitæ ſing.ʒ.ij.
Nucis muſcatæ
Mahaleb ſing.℥ j.
Cort.mali citri ℥.j.

Contundátur herbę, & flores craſsè, reliqua verò in puluerē redigantur, deinde miſceantur, atq; in vaſe aliquo vitreato relinquatur ad ſolem per dies duos. Quibusfactis, aqua in balneo Mariæ extrahēda erit, cui deniq; addatur muſci ℈.j. relinquatur ad ſolem per dies xx. vel xxx. in vaſe aliquo vitreo, optimè obturato, & erit perfectiſsima.

Aqua Tertia.

R. Aquæ roſarum lib.vj.
Vini Cretici poculum j.

Flo-

Florum {
Roſ.Damaſch.recent.lib.iij.
Lauendulæ
Spicæ nardi ſing.℥.iiij.
Matriſaluiæ
Iaſmini
Liguſtri ſing.lib.j.s.
Malorum arantiorũ ſiccorũ ℥.iij.
}

Cort.mali Citri ʒ.iiij.
Caryophyllorum ʒ.j.s.
Cinnamomi
Ireos
Styracis calamitæ
Belzoini ſing.℈.ij.
Nucis muſcatæ ℈.j.

Contundantur,& pulueriƶentur,deinde cũ per dies decem in phiala aliqua vitrea,bene obturata,recõdita fuerint, aqua per balneũ Marię extrahatur,cui deniq; adde muſci,ambræ,ſing.℈.j.s. relinquatur aliquandiu ad ſolem,deinde ſeruętur.

Aqua Quarta.

R.
Aquarum {
Roſ.Damaſch.lib.x.
Odoratæ lib.iiij.
Lauendulæ lib.j.
}

Caryophyllorum ʒ.ij.
Sandali citrini
Mahaleb. ſing.℈.j.

Redigantur in puluerem , & miſceantur omnia,ſimul cum aquis prædictis , deinde cum

ſic per dies quatuor relicta fuerint, diſtillentur in balneo Marię, donec omnis aqua exierit, cui deniq; addantur ſequentia, in puluerem redacta, nempe:

Cinnamomi
Caryophyllorum
Belzoini
Styracis calamitæ ſing. ℥. s.

Quibus miſtis, denuò diſtillentur in balneo Mariæ, addendo in fine parum muſci & ambrę, deinde in vaſe vitreo optimè clauſo, ſeruetur ad vſum.

Aqua Quinta.

℞.
Aquarum {
Roſ. Damaſch. lib. iiij.
Lauendulæ
Spicæ nardi ſing. ℥. iij.
Ex floribus malorum arantiorum
Ex floribus myrti
Ex floribus iaſmini
Maioranæ
Ex flor. mal. limoniorũ ſing. lib. s.
}
Belzoini
Styracis calamitæ ſing. ʒ. j.
Muſci ℈. s.

Miſceantur omnia ſimul, deinde cũ per dies ſex in phiala vitrea, bene cooperta, fuerint relicta, diſtillentur in balneo Mariæ, deinde

pona-

ponatur ad ſolem, per dies quindecim, & ad vſum conſeruetur.

Aqua Sexta.

R. Aquæ Odoratæ, ex floribus mali citri, & alijs rebus odoratis compoſitæ, quam inuentores Nanpham appellant lib.iij.
Flor. Roſmarini recent. lib.ij.
Ambræ ℈.j.
Contundantur & miſceantur, deinde cum in vaſe aliquo vitreo, per dies decem repoſita fuerint, diſtillentur in balneo Mariç, & ſeruetur aqua.

Aqua Septima.

R.
Aquarum { Namphæ lib.iiij. Roſ. Damaſch. lib.ij. Ambræ ℈.s.

Aqua Nanpha, eſt ex floribus mali citri, & alijs rebus odoratis compoſita.

Miſceantur omnia, deinde in vaſe aliquo vitreo, optimè clauſo, ponantur ad ſolem per menſem vnum, ac ſeruentur.

Aqua Octaua

R.
Aquarum { Roſ. Damaſch. lib.iiij. Lauendulæ ℥.vj. Florum iaſmini lib.iij.
Muſci ℈.j.
Miſceantur, deinde cum per dies decem, in vaſe optimè recluſa fuerint, diſtillentur in

balneo Mariæ, ſeruenturq; ad vſum.

Aqua Nona.

R. Aquæ roſ. Damaſch. lib. vj.
Cort. { Mali citri / Arantij ſing. ℥.s.
Caryophyllorum ℈.j.
Florum ſpicæ nardi recent. ℥.vj.

Quibus miſtis omnibus, & aliquandiu in vaſe aliquo vitreo obturato, relictis, diſtillētur in balneo Marię, & ſeruetur odoratus latex.

Aqua Decima & ultima, odorata.

R. Aquæ roſ. Damaſch. lib. x.
Foliorum roſ. Damaſch. lib. ij.
Mahaleb. ʒ.s.
Ambræ ℈.s.

Contundantur, & in puluerem redigantur, miſceanturq; : deinde cū ſic per decem dies in vaſe aliquo, bene obturato, condita fuerint, atq; deinceps quoq; ſub cineribus calidis, per dies tres, diſtillentur in balneo Mariæ, ſi prius per dies quindecim in ſole ponantur, quo facto, conſeruentur.

Modus parandi Oleum ex floribus malorū arātiorum, pretioſum.

R. Amygdalarum dulcium mundatarum lib. j.

Florum

Florum mal.arantiorum, quantũ satis est,
Quos in tres partes diuidito, quarum vna su
per pannum linteum, subtile, in cribro pona
tur, deinde partem dimidiam amygdalarũ,
super addito, quæ cum à secunda parte flo-
rum coopertæ fuerint, alteram amygdalarũ
partem superponito, rursusq; eas cum flori-
bus tegito, ita vt amygdalæ medium inter
flores obtineant locum. Hocq; per dies sex
facito addendo singulis diebus flores recen
tes. Quibus factis, amygdalæ primò contun
dantur optimè, deinde per pãnum linteum
mundum, torculari exprimantur bene, do-
nec oleum omne emanarit, cui addatur pa-
rum zibetti, musci, belzoini, & relinquatur
ad solem per dies octo.

Olei Iasmini, & ex floribus Caryophyllorum, conficiendi modus.

R. Amygdalarũ dulcium, contusarum, & mundatarum, quãtum satis est.
Florum Iasmini, quantum volueris.

Quibus ordine super dispositis, inq; loco ali
quo humido per dies decem relictis, aufe-
rãtur, atq; oleum extrahatur, quod variæ est
virtutis. Sic etiam conficitur oleum ex flori
bus caryophyllorum, & alijs floribus.

Oleum ex Nuce muscata perfectißimum.

R. Nucis muscatæ quantum pro olei quan-

titate ſatis eſt, incidantur minutatim, atq; in Cretico vino immergantur: deinde cum ſic per tres dies relictæ fuerint, auferantur, ſicceturq; in loco aliquo mundo per biduum. Quo facto ſuperaſpergatur aliquantulum aquæ roſarum, deinde cū igne bene fuerint calefactæ, exprimatur oleum, vt ſupra, & ſeruetur in vaſe mundo, optimè obturato. Valet hoc oleum mirum in modum ad varia & multa.

Oleum Belzoinum, ſeu aſſæ odoratæ.

R. Belzoini, ſeu aſſæ odoratæ, in pul. redactæ ℥.vj.
Olei tartari
Aquæ roſarum ſing. lib.j.

Miſceantur & relinquantur ſic, per diem integrum, deinde diſtillentur, ſerueturq; pro re pretioſa.

Oleum ex Styrace, excellentiſsimum.

R. Styracis liquidæ, quantum ſatis eſt, ponatur in aqua roſarū, per duos aut tres dies, deinde alembico ſuperaddito, diſtilletur, vt oleum belzoini. Primò enim aqua emanat, deinde oleum, quod valde pretioſum eſt.

Oleum Myrrhinum, quod efficit cutē mollem candidam & uenuſtam.

R. Ouorum ad duritiem coctorum, quæ diuiſa,

diuisa in duas partes, atq; ab interioribus, id est, à vitellis purgata, impleantur myrrha, in tenuem puluerem redacta, deinde in loco aliquo humido collocentur, donec omnino in oleum resoluta sit. Hoc oleum non solùm cutem mollem, lucidamq; efficit, verùm etiã vulnerum cicatrices delet.

Ratio, oleum omnis generis conseruandi à putredine.

Sumito in singulas libras olei, salis gr. ij.
Limaturæ æris gr. j.
Aluminis gr. ij.

Misceantur omnia simul cum oleo, deinde aliquantulum in balneo Mariæ coquantur, demum coletur, relinquaturq; ad solem per dies octo, & sic incorruptum seruabitur diutissimè.

Oleum Belzoinum.

R. Belzoini, quantum satis est, & in phialam vitream bene obturatã, in fimo per dies xv. aut xx. finito. Quo facto, coletur, & seruetur in ampulla, & est omnium optimum.

Aliud oleum Belzoinum *præstantius.*

R. Belzoini in pul. redacti lib. j.
Aquæ rosarum lib. ij.

Misceantur, & ponantur in cucurbitam eam pliorẽ, deinde alembico optimè superposi-

to,ne vllo modo expirare posſit, diſtilletur igne admodũ lento, donec aqua omnis exierit (& hæc eſt aqua illa, de qua ſupra dictum eſt) poſtea paulatim augeatur ignis, donec oleum emanare incipiat, tunc vas recipiens mutetur, augeaturq; eouſq; ignis, quouſq; totum oleum perſtillauerit. Quod cum factum erit, ſequetur genus quoddam gũmi, ſpeciem Mannæ præ ſe ferens. Hoc quidem optimum eſt ad odorem aquis conciliandum, modò parum in aquam fontanam iniicias, miſceasque optimè, vel etiam aquam roſarum, ſi magis odoratam deſideras. Hac etiam ratione poteſt fieri oleum ex ſtyrace calamita.

Oleum ex Styrace calamita.

R. Styracis calamitæ
Aquæ roſarum ſing. quãtum ſatis eſt.
Miſceantur & ponantur in cucurbitam vitream amplioris, mox alembico ſuperimpoſito ita, vt aliquo modo nequeat exhalare, nõ augendo ignem, niſi quantũ fuerit opus. Quando autem oleum emanare incipit, vas recipiens mutetur, deinde augeatur ignis, donec omne exierit & ſeruetur.

Oleum Ladani.

R. Ladani optimi & mundi quantum ſatis eſt, & confice, vt oleũ belzoinum, vel ſi mauis hoc modo:

R. La-

R. Ladani contriti, quantum satis est, ponito in ollam æneam, addendo aquæ rosarum lib.j. Olei amygdalarum dulcium ℥.vj. deinde cooperiatur olla bene, ne vllo modo respiret, atq; ad ignē coquantur paulatim, per horas tres, postea cum ablata deferbuerint, auferatur operculū, infundaturq; paulatim in ampullam aliquam vitream. Et vt melius conseruetur, addito parum aluminis vsti, & erit perfectissimum.

Oleum nucis muscatæ.

R. Nucum muscatarum contusarum, quantum satis est, ponantur in cucurbitam amplā bene obturatā, superinfundendo parum aquæ vitæ, & humefiant, relinquantur sic per biduum, aut triduum, miscendo singulis diebus. Quibus factis suprinfundito tantum aquæ rosarum, donec ad duos, aut tres digitos emineat, deinde alembico superaddito, ne quo vis modo exhalare posit, distilletur, primò quidem igne lento, donec aqua exierit, deinde vehemētiore, quo vsq; oleum omne perfluxerit.

ALIVD.

R. Nucum muscatarū contusarum lib.j. ponantur in ollam vitream nouam, superinfundendo tantum vini Cretici, aut albi optimi, donec à vino cooperiantur, butyri recētis lib.ij. misceâtur bene, & per quatuor aut

quinque dies in loco calido, obturato benè vaſe, relinquantur. Quibus factis, coquátur igne admodum lento, donec vinũ omne fuerit conſumptum: deinde coletur antequàm infrigidatũ fuerit, ſeruetúrq; in vaſe vitreo ad ſolem, donec reſiduum craſſum faciat, demum rurſus coletur, & alio vaſe ſeruetur.

Oleum Caryophyllorum valde nobile.

R. Amygdalarum dulcium, mundatarum & inciſarum, & ponito in aqua roſarũ, hoc modo parata. Sumito caryophyllorum contuſorum quantum ſatis eſt, quibus ſuperinfundito aquam roſarum, relinquatúrq; donec omnes caryophyllorũ vires attraxerit. Quo facto, amygdalæ tandiu macerentur in ea, donec optimè molleſcant, deinde extrahantur, ſiccentúrq; ad ſolem, & rurſus macerentur denuoq; ſiccẽtur. Hoc quinquies aut ſexies facto, extrahatur oleum, vt ſupra dictum, ſeruetúrq; in vaſe aliquo vitreo, benè oppilato. Hac etiam via oleum belzoinum, ex muſco, ſtyrace calamita, aloe, cinnamomo, mace, nuce muſcata, &c. confici poteſt: præterea etiam ſimul variè componi.

Puluis Ireos.

R. Ireos electæ, atq; in puluerem redactę, quãtum ſatis eſt, cui ſuperinfundito parum aquæ roſarum, vt inde humefiat, deinde ſuper

per cribro ſetaceo, cooperto diſtẽdito. Quibus factis, R. Styracis calamitæ, in puluerem redactæ, belzoini contriti, ſingulorum ℥.s. aquæ roſarum poculum dimidium: miſceantur, atque ad ignem ponátur, ita vt cribrum coopertum, cum puluere ireos ſuper poſitum ſit, vt fumum in ſe recipiat totum. Quare ſic ſuper ponendum erit, ne quo modo reſpirare poſsit, & ſic habebis puluerem ireos valde perfectum, & bonum ad odorẽ gratum pannis & alijs rebus cõciliandum.

Puluis, quem Violettam Itali appellant.

R. Ireos
Roſarũ nondum apertarũ ſing. lib.j.
Cort. mali citri ℥.iiij.
Caryophyllorum ℥.ij.
Sandali citrini
Lauendulæ
Coriandri ſing. ℥.ij.
Nucis muſcatæ ℥.j.
Maioranæ
Styracis calamitæ ſing. ℥.j.s.
Belzoini electi, ſeu aſſæ dulcis ℥. vj.

Miſceantur, atq; in tenuiſsimum puluerem redigantur: deinde cribrẽtur, & ſeruẽtur in vaſe aliquo vitreo, optimè obturato, ne exhalare queant.

Puluis albus ad ſacculos.

R. Sandali citrini ʒ.ij.

Belzoini
Ireos sing.℥.j.

Redigantur in puluerem, deinde in aqua rosarum, quantum satis est, aliquantulum bulliant, demũ addito aluminis squamosi vsti, & in puluerem redacti, & formentur pilulę, vel trochisci, qui cum in vmbra fuerint exiccati, rursus in puluerem redigantur, cribrentur q́;, & erit puluis cõfectus. Verùm si cum musco parare velis, adde:

Musci
Ambræ sing. gr. xxiiij.
Zibetti gr. xviij.

Misceantur omnia simul, pro sacculis, inter vestimenta ponendis.

Modus parandi Puluerem Cyprium.

R. Musci quercini, aut nucis, in Ianuario, vel Februario, sudo cœlo siccetur, deinde lauetur aqua fontana, ter aut quater, & semper in vmbra siccetur. His factis, ponatur in aqua rosarum per horam vnam, deinde siccetur, & in puluerem tenuissimum redigatur, demum ponatur in cribrum aliquantulum, aqua rosarum humectatũ, suffigaturq́; hoc suffimento.

R. Belzoini
Styracis calamitæ sing. ℥.ij.
Thymiamatis ʒ.j.
Lauendulæ ʒ.s.
Ligni Aloes ʒ.ij.

Con-

Contundantur leuiter singula, deinde misceâtur omnia simul, diuidanturq; in partes quatuor, quarum vna post aliam ponatur in fornace in vase aliquo, vnà cum cribro superaddito, & sic relinquatur, donec omnes partes suffimenti fuerint cōbustæ. Animaduertendum tamen, vt cribrum ita supra positum sit, & obturatum, vt fumum totum in se recipiat. His factis sumito huius pulueris ℥. j. cui paulatim adiūgito zibetti gr. vj. musci gr. xxvj, omnia diligenter in puluerem contrita, demum recōdito in vase aliquo vitreo, optimè clauso, ne vllo modo expirare queat & sic habebis modum omnium optimum. Ex Cypro tamē & Oriente Venetias adue hunt globulos quosdam, colore subflauos, quos vocant Butri. Sunt huiusmodi pilæ, vt aiunt, ex boum stercore, in Maio confectæ, nempe stercore, sæpius in aqua rosarum in fuso, deinde rursus exiccato, atq; in globulorum formam redacto. Hos deniq; globulos suffitores contundūt, & absque suffimētō addunt aliquantulum musci, zibetti, belzoini, atq; ita per cribrum transmittunt.

Puluis Magistralis optimus.

℞. Rosarum Damasc.
Cyperi Alexandrini
Sandali citrini sing. ℥. j.
Ireos ℥. s.

Ligni aloes
Calami aromatici
Galangæ
Belzoini ſing. ℈.s.
Caryophyllorum gr.j.s.
Moſchi gr. v.
Zibetti gr.iij.
Miſceantur, & fiat puluis tenuiſsimus, ſeruetur q; in vaſe aliquo clauſo.

Puluis albus Odoratus.

R. Ireos electi ℥.iij.
Sandali albi
Roſarum Damaſc.
Ligni aloes
Belzoini
Cyperi Alexandrini ſing.℥.ij.
Moſchi gr.iiij.
Zibetti gr.iij.
Redigantur in puluerẽ ſingula per ſe, deinde miſceãtur, & fiat puluis, ſeruandus in vaſe cooperto, probè.

Puluis Ruber.

R. Roſ.Damaſc.℥.ij.
Sandali rubri ℥.j.
Ligni aloes
Cyperi Alexandrini ſing.℈.s.
Ireos gr.j.s.
Caryophyllorum ℈.j.

Moſchi gr.iij.
Zibetti
Ambræ ſing. gr.ij.
Terantur omnia, miſceanturq́;, & ſeruetur puluis.

Puluis Niger.

℞. Cyperi Alexandrini
Ligni aloes ſing.℥s.
Sandali citrini
Roſarum Damaſch.
Ladani ſing.ʒ.ij.
Caryophyollorum ℈.s.
Moſchi gr.iij.
Zibetti gr.ij.
Redigantur in puluerem omnia, miſceatur & fiat puluis.

Puluis Cyprius nobiliſsimus.

R. Muſci quercini mundati, & aqua fontana optimè loti, quantum ſatis eſt: deinde cum ad ſolem bene fuerit exiccatus, ſuper aſpergatur tantum aquæ roſarum, quantum ad humectationē ſatis eſſe videatur, poſtea ſiccetur ad ſolem, contundatur & cribretur, fiatq́; puluis ſubtiliſsimus. Quibus factis, puluis aqua roſarum humectandus erit: deinde in cribro ponendus, ſub quo tale ſuffimentum fuerit collocatum ita, vt nullo modo expirare poſsit. Suffimentū autem ſic ſe habet

R. Belzoini
Styracis calamitæ ſing. ℈.j.
Ladani
Ligni aloes ſing. gr. j.s.
Muſci gr.s.

Quibus contuſis craſsè, ſingillatim miſceantur, & fiat puluis, paulatim ponendus in vas aliquod fictile, in quo contineatur ignis, ita, vt puluis in cribro contentus, totum fumũ in ſe recipiat, donec fuerit cõſumptus omnino. Deinde ſumito puluerem in cribro contentum, cui addito in ſingulas vncias, præſertim ſi perfectiorem deſideras:

Belzoini ℈.s.
Muſci gr.iiij.
Zibetti gr.ij.

Redigantur in puluerem ſingula per ſe, deinde miſceantur cum vncia vna prędicti pulueris, & ſeruetur.

Puluis Cyprius, aliter paratus perfectißimus.

R. Stercoris bubuli recentis, quantum ſatis eſt, ſiccetur ad ſolem, vel in fornace, deinde cum in tenuiſsimum puluerem redactũ fuerit, humefiat aqua roſarum, in qua ſic relinquatur per diem integrum, poſtea ſiccetur ad ſolem, idq́; fiat ter aut quàter. Verùm in fine plus humectandum erit, ita vt aliquo modo in vaſis vitreis fundo adhęreat. His factis, ſuffiatur prædicto ſuffimento optimè, deinde

deinde ſiccetur, & fiat puluis ſubtiliſsimus, qui ſeruetur in vaſe aliquo optimè clauſo.

Puluis Odoratus & perfectus, ſeruandus in ciſtis.

R. Roſarum nondum apertarum, in vmbra ſiccatarũ, quantũ volueris, deinde in maximo feruore æſtatis, ponãtur in vaſe mundo ſuperinfundendo tantum aquę roſarum, donec ea cooperiatur, relinquaturq́; donec inflentur. Quibus factis, immiſce, & confunde probè, & pone ad ſolem, quouſq; calefiant bene: interim tamẽ vas optimè clauſum eſſe oportet. Cùm autẽ probè ſiccatæ fuerint deinde omnẽ aquam roſarum imbiberint, ſumito pro vnaquaque libra roſarum, muſci gr. x. caryophyllorum in puluerem redactorũ quart. j. miſceantur paulatim ſupradictis. antequàm autem miſceãtur, ſi quid aquæ roſarum infundo relictum fuerit, abijciẽdum. His factis, ponãtur roſæ in pelui æneo bene cooperto, ad ſolem feruentiſsimũ, vt ſiccentur, deinde fiat puluis ſubtiliſsimus, & ſeruetur in vaſe obturato. Quòd ſi voles veſtimẽta vel linteamina reddere odorata, ſumito harũ roſarum, antequàm in puluerem redactæ fuerint, quantum ſatis eſt, quæ cum in pannis lineis ſubtilibus ligatæ fuerint, ponãtur inter veſtimenta.

Puluis Odoratus.

R. Roſarum rubrarum, vix apertarum, quan

tum volueris, cõtundantur in mortario: deinde ponatur ad solem calidissimum, super infundendo aquam rosarũ muscatam. Quæ cũ sæpius humectatæ, & deinde siccatæ fuerint, fiat puluis subtilissimus, cum Cyprio puluere, vt suprà, & seruetur.

Puluis optimus & odoratus, quem qui uis secum ferre poßit, uel in capsis seruare.

R. Rosarum siccarum recentium lib.j.
Caryophyllorum electorum ʒ.ij.
Sem. Spicæ ʒ.j.
Styracis ℥.s.
Cinnamomi ʒ.s.

Redigatur in puluerem tenuissimum, & fiat puluis, cui addi quoq; possunt.

Moschi gr.ij.
Ligni aloes ʒ.s.

Orbiculi odorati, contra Pestem.

R. Styracis
Ladani sing. part.j.
Caryophyllorum part.s.
Caphuræ parum
Spicæ nardi
Nucis moschatæ sing. q.s. est

Redigantur in puluerem tenuissimum, misceantur, deinde cum aqua rosarum, in qua dissolutum fuerit dragacãthum, gummi Arabicum, demum optimè incorporentur, fiantq;

fiantq; orbiculi.

Ad odorem, puluinis conciliandum.

R. Rosarum rubrarum, non apertarum, & mundatarum, quantum voles, deinde cum in vmbra exiccatæ fuerint, humectentur aqua rosarum, rursusq; siccentur, idq; sexies fiat. Quo facto sumito pulueris Cyprini, cui adiunctum fuerit aliquantulum musci, ambrę, ligni aloes, omnia bene in puluerem redacta, misceantur cum rosis sic humectatis optimê, relinquanturq; per noctem vnam, coopertæ linteo aliquo. Deinde cum in sacculis rosæ, vnà cum puluere positæ fuerint, claudantur ita, vt futuræ cum musco, ambra zibetto bene oblinitæ sint, quemadmodum panni cera oblineantur. Hoc autem fit, vt foramina futurarum obturentur. Cęterùm super suturas lineæ aureę, aut ex holoserico fa factæ, vel similibus. Et hic est modus optimus. Quòd si minore pretio parare voles, sumantur rosę præparatæ vt suprà, & pro musco, ambra, addatur puluis sequens.

R. Caryophyllorum
Cinnamomi
Ireos sing. part. j.

Macis parum: misceantur parenturq;, vt suprà dictum, pro suffimentis.

Suffimentum Damascenum.

R. Moschi fini gr. iiij.

Zibetti gr.ij.
Ambræ
Sacchari sing.gr.iiij.
Belzoini gr.j.
Styracis calamitæ gr.iij.
Ligni aloes gr.ij.

Redigantur in puluerem singula, deinde ponantur in vase suffitorio, addendo aquæ rosarum tantum, vt ad duos digitos emineat, vel aquæ Nanphæ: postea ponantur ad ignẽ lentum, & nõ bulliat. Quòd si aqua consumpta fuerit, adiungatur semper noua, & erit perfectum.

Aliud Suffimentum Damascenum.

R. Styracis calamitæ ℥.iiij.
Belzoini ℥.iij.
Ladani
Ligni aloes
Cinnamomi sing.℥.j.
Spermatis ceti ʒ.j.
Musci ℈.iiij.
Caryophyllorum ʒ.j.
Aquæ rosarum ℥.viij.

Redigantur in puluerem, & ponãtur in suffitorio, fiatq; suffimentum.

Lumen Odoratum.

R. Caphuræ ℥.j.
Olibani ℥.ij.

Redi-

Redigantur in puluerem, & cum pauca cera fiat pila, quæ cum in vase aliquo cum rosarũ aqua imposita fuerit, accendatur candela aliqua, & faciet lumen valde odoratum.

Compositio ex Musco, zibetto, & ambra.

R. Ambræ ʒ.j.s. & super lapide porphyrite, cum oleo iasmini, primò per se terito, deinde etiam musci, quãtum satis esse videtur addito. His factis, sumito

Ros. Damasc.
Belzoini sing. ℥.j.
Ireos ʒ.j.s.

Quibus tritis, addantur prædictis, scilicet musco & ambræ, adiungendo zibetti ʒ.j. miscendo optimè, & fiat ad modum vnguenti: deinde seruetur vel in vase osseo, vel vitreo, bene obturato.

Suffimentum ad cubicula perfectum.

R. Styracis calamitæ
Belzoini
Ligni aloes sing. ℥.j.
Carbonũ salicis optimè tritorũ ℥. v.

Misceantur omnia, cum tanto aquæ vitæ, quãtum ad formandam pastam satis sit, deinde formentur suffimenta, & seruẽtur. Quãdo vti voles, accendito ea, & sic paulatim odorem gratissimum reddent.

Suffimentum ad Lucernas.

R. Ligni aloes ʒ.ij.
Belzoini ℥.j.
Styracis calamitæ ℥.s.
Moſchi ℈.j.
Ambræ ℈.s.
Aquæ roſarum quantum ſatis eſt.

Et trita omnia ponanturin lucerna.

Aliud Suffimentum.

R. Aquæ roſarum muſcatæ poculum j.
Caryophyllorumtritorũ obolum j.

Miſceantur, deinde ſumito paleam ignitam, & aquam roſarum, vnà cum caryophyllis, imponito, & ſic conſumẽdo paulatim odorem facient gratum.

Suffimentum aliud ad cubicula.

R. Thymiamatis lib.j.
Styracis liquidæ ℥.ij.
Calamitæ ℥.iij.
Ladani ℥.j.
Carbonum ſalicis
Tragacanthi ſing.q.ſ.eſt.

Terantur omnia, deinde carbones, & dragacanthum tritum, per dies tres ponantur in aqua roſarum, demum miſceátur & fiat ſuffimentum.

Com-

Compositio moschata optima ad chirothecas odore commendendas.

Chirothecæ satis magnæ, circa suturas seuo primò inungantur, deinde bis aut ter aqua rosarum lauentur, comprimendo eas optimê. Quo facto:

R. Aquæ rosarum part. ij.
Aquæ Florum myrti part. j.
Aquæ Nanphæ part. ij.

Misceantur, deinde toties chirothecæ lauẽtur, donec nullum amplius odorem corij referãt, demum per duos aut tres dies in prædicta aqua, quæ puluere Cyprio respersa sit, relinquantur: deinde cum in vmbra mediocriter siccatæ fuerint, inungantur seuo sequenti, Sumito seui quãtum satis est, & cum pauco oleo iasmini dissoluito ad ignem, deinde inungantur bene chirothecę calido, donec optimè imbiberint. Quibus sic se habentibus, cum pãno aliquo fricentur bene, quo melius seuum penetret: deinde distendantur, & inflentur bene, & relinquantur sic per diem integrum: demum cum aliquoties inflatæ & tractæ fuerint, ita vt fe. mè siccatę videantur, suffiantur suffimento aliquo bono, per dies viginti, singulis diebus ter, aperiendo bene chirothecas, vt fumus ingredi valeat. Interim tamen semper humectandæ, aquarum odoratarũ aliqua, deinde etiam in-

uoluendæ in strophiolo mundo: Postremo:

R. Musci
Ambræ
Olei iasmini aut belzoini sing. quantum satis est
Aquæ odoratæ parum.

Misceantur, & in vase aliquo stanneo liquefiant ad ignem, deinde penna aliqua, chirothecas extrinsecus optimè inungito. Quòd cum factum fuerit, inungito futuras cum zibetto, deinde inter rosas siccas ponito chiro thecas per dies aliquot, demũ per dies duos inter duas culcitras, & sic habebis chirothecas, vel Imperatore dignas.

Suffimentum Imperatorium ad cubicula, uestes culcitras, linteos, & similia.

R. Corticũ mali citri, vel limonij, vel mali arantij, vel si desint, foliorum rosarum viridium, vel siccarum non tritarum, quantum volueris, inungãtur zibetto ex omni parte, deinde cum super carbones accensos iniecta fuerint, fieri nõ potest, quin odorem suauissimum per totum reddant cubiculum. Quòd si melius parare volueris, adde musci pauxillum & ambræ. Si autem minori pretio componere mauis:

R. Aquarum rosarum
Mal. arantiorum
Olei iasmini

Caryophyllorũ aut huiuſmodi ſing. quantum ſatis eſſe videtur.
Ligni aloes parum
Styracis calamitæ
Zibetti ſing. q.ſ.
Miſceâtur omnia optimè, & fiat ad modum vnguenti, quo inungantur cortices mali citri vel arantij: deinde ponantur ſuper carbones accenſos, & ſic reddent odorem iucundiſsimum, qui diutius durat, quàm ſi odoramenta tantùm per ſe, abſq; corticibus, carbonibus iniecta eſſent. Quòd ſi veſtimenta, pannos & alia odorũ concipere voles, ponito veſtes vel huiuſmodi in capſulis, bene obturatis ita, vt in medio vacuum ſpacium exiſtat, in quo ſuffimẽtum cum carbonibus accenſis ponatur, relinquaturque ſic capſula, optimè clauſa. Poſſunt etiã veſtimenta interius operculos affigi, quo fumũ melius recipi valeant. His factis, & aliquandiu ſic relictis: aperienda erit capſa, veſtimentaq; mouenda, vertendaq; vt partes quoque reliquę odorem cõcipiant: & rurſus aliud ſuffimentum vt prius imponendum, atque ſic relinquendum in capſa, optimè obtura, & habebis veſtimenta non ſolùm odorata, verùm etiam ipſam capſam, quæ alijs poſtea veſtimentis abſque alio ſuffito odorem conciliare poteſt. Cæterùm poſſunt etiam caniſtri, fiſcellæ, huiuſmodi odore afflari, in quibus

postea, ea collocari possunt, quę odorata habere cupimus.

Compositio ad orbiculos odoratos, eosq; optimos conficiendos.

R. Terræ nigræ, contritæ optimè lib.j.s.
Tragacanthi ℥.iiij.

Mox aqua rosarum cooperiátur, deinde in mortario contundantur bene per horam dimidiam, quibus deniq; addatur.

Styracis calamitæ ℥.j.
Caryophyllorum
Ladani
Cinnamomi
Sandali citrini sing.℥.s.

Trita omnia, addantur supradictę pastę, deinde eximatur, & manibus bene tractetur pasta per horam dimidiam, atq; sic licebit tibi ex ea orbiculos conficere.

Liquor Regius.

R. Moschi
Ambræ
Zibetti sing.gr.iiij.

Terantur simul, & cum oleo amydalarum dulcium fiat liquor ad modũ vnguenti mollis, deinde seruetur in vase aliquo ex ebore facto, optimè obturato, vteturq; vt zibetto.

Smegma, siue sapo, album, muscatum.

R. Smegmatis rasi, atq; cum aqua rosarum

rum bene ſubacti, quantum ſatis eſt, inſoletur per dies octo, deinde addatur aqua, vel lactis ex mahaleb ℥.j. muſci gr. xij. zibetti gr. vj. Miſceantur, & fiat paſta, qua formentur pilæ.

Modus extrahendi lactis, ex Mahaleb.

Cum varius ſit vſus huius lactis, vt ſuperius dictum eſt, vt modum extrahendi quoq; doceamus, operæpretium eſſe videtur. Itaque R. Mahaleb, quantum ſatis eſt, & cum aqua roſarum optimè in mortario cõtundito, ad modum pultis craſsioris, deinde cũ linteolo, ſub torculari, aut inter duos orbes ſuccũ extrahito. Quo facto, materia in linteolo relicta, rurſus cum aqua roſarum contundenda erit, deinde etiam exprimenda: hocq; tãdiu faciendum, donec nihil lactis amplius emanet. Hoc autem lac, vltra dies duos, vel tres incorruptum manere nõ poteſt. Quare eo citò vtendum erit.

Smegma album odoratum.

R. Smegmatis Veneti, antiqui, raſi, atque per ſex dies ad ſolem poſiti, quantum ſatis eſſe videtur, contundatur probè, cum aquę roſarũ optimæ lib. j. deinde cum igne lento reſolutum fuerit, addatur:

Ireos contriti ℥.iiij.
Amyli ℥. vj.

Sandali albi ℥.ij.
Styracis liquidæ ℥.j.
Olei ſpicæ ℥.j.

Miſceantur optimè, deinde cum refrixerit, formentur pilæ.

Smegma muſcatum Damſcenum.

℞. Smegmatis optimi, atq; ſubtiliter raſi, lib.j.
Cinnamomi electi
Nucis muſcatæ
Styracis calamitæ ſing. ℥.j.
Ligni aloes ʒ.ij.
Belzoini perfecti ℥.ij.
Caryophyllorum ℥.j.

Conterantur omnia in puluerem tenuiſsimum, addendo pulueris Cyprici ʒ.j. parum muſci, zibetti, deinde mergantur in aqua roſarum, poſtea cum ad ſolem, dies xxxx. fuerint relicta, fiant pilæ, quæ ſeruandæ ſunt in vaſis ligneis cum bombyce.

Smegma liquidum Neapolitanum.

℞. Lixiuij fortis, quantum ſatis eſt.
Cineris cerri, part.ij.
Cineris calcis viuæ, part.j.

Miſceantur, & fiat lixiuium ita forte, vt oua recentia inter duas aquas natent. Huius lixiuij calidi, ſumito menſuras viij. ſeui ceruini, colati & mundi, menſ.j. miſceantur, ponantur q;

turq́;, ad ignem, ita, vt non bulliant: deinde ponantur in vase amplo, maximè in fundo vitreo ad solem, tempore æstiuo, quotidie quater aut quinquies, optimè cum ligno aliquo misceantur. Quod cum per octo dies factum fuerit, optimum atq; perfectum erit: & quanto magis inuectera ascet, eo etiam melius euadet. Postremò sumito, huius smegmatis, quantum voles, & in vase aliquo vitreo ponito, eoq́; ligno aliquo optimè subacto, tantum aquæ rosarum moschatæ, quantū satis esse videtur, superinfundito, deindè ad solem per dies octo relinquito, agitando singulis diebus, vt dictū est. Quòd si nimiū densaretur, aliam aquam nouã, maximè rosarum, adiungito, ità, vt neq; siccum nimis, neque molle appareat. Si verò cum moscho parare voles, sumito moschi, in mortario optimè cōtriti, quantū satis esse videtur, deinde cum aqua rosarum calida bene misceatur, addaturq; saponi prædicto, ac diligēter sæpeq; agitato: demum cum sic aliquantulum relicta fuerint, impleantur vascula, vt tibi videbitur.

Smegma Optimum ex diuersis rebus.

R. Aluminis catinæ, part. iij.
Calcis viuæ, part. j.
Lixiuij fortissimi, mens. iij.
Olei communis, mens. j.

Misceantur, deinde addatur:

Album ouorum, n°. j.
Farinæ amyli, scutellam j.
Vitrioli Romani, contriti ℥ j.

Miscendo continuè per horas tres, deinde quiescere per diem integrum sinito, pòst eximito, in frusta secato, eas ad ventum, non ad solem, biduo siccato, & erit perfectum: quo vtere in capitis lotionibus, quoniá salubre est, redditq; capillos venustos.

Smegma cum Zibetto.

R. Iam dicti smegmatis, aliquandiu cum aqua rosarum ad solem positi, quantum satis esse videtur, cui adde zibetti in puluerẽ contriti, aliquátulum, & misce. Quòd si etiá addas parũ moschi, erit melius, modò moschus prius cum aqua rosarum sit maceratus.

Smegma ex Oleis diuersis, odoratis.

Sumito iam supra dicti smegmatis, aliquandiu cum aqua rosarum ad solem positi, quátum volueris, cui adde olei belzoini, vel alterius olei odorati, quantum pro smegmatis portione satis est, misce, & fiat smegma.

Smegma cum Rosis.

Sumito rosarum recentiũ, contusarum, quátum satis est, & misce cum dicto smegmate vt iam dictum est. Hac etiam ratione, potest confici smegma ex alijs floribus diuersis.

Smeg-

Smegma album, Odoratum, Damascenum.

R. Smegmatis communis antiqui, rasi, quantum satis est, siccetur bene per dies octo, aut decem, deinde contundatur, & cribretur fiatque puluis, cui adde libras x.

Ireos ℥.iiij.
Sandali albi ℥.iij.
Mahaleb ℥.ij.
Farinæ amyli ℥.j.

Redigantur in puluerem omnia, misceantur cum prædictis x libris, & ponantur in mortario, vnà cum vncia vna styracis liquidæ, & pauco oleo spicæ: cõtundantur bene omnia simul, demum cum farina amyli formentur pilę, seu globi, siccẽtur in vmbra & seruẽtur.

Aliud Smegma optimum.

R. Moschi in aqua rosarum dissoluti gr. vj.
Zibetti contriti gr. iiij.

Misceantur cum supra dicto smegmate. Verùm moschum in aqua rosarũ calidum esse oportet: & erit optimum.

Smegma nigrum, & durum.

R. Pulueris supra dicti smegmatis lib. x.
Garyophyllorum ℥.iiij.
Macis ℥.ij.
Mahaleb, cyperi
Sandali citrini
Styracis liquidæ sing. ℥.j
Olei odorati q. s. est.

Terantur, quæ terenda ſunt, & confice modo prædicto, & erit perfectum. Quòd ſi perfectius voles, adde moſchi, diſſoluti in aqua roſarum, vt ſuprà, zibetti, ſing. q. ſ. eſt, miſceantur omnia: & formentur pilæ, quæ ſiccentur in vmbra.

Smegma Neapolitanum aliud.

R. Adipis ceruini, aut vaccini, vel vitulini, vel caprini, iuuenis, lib. j. ponantur in vaſe vitreato, & liquefiat ad ignē, coletur optimè: cui adde lixiuij (quod magiſtrā ſaponis vocāt, nimirum primam, quoniam tres fieri ſolent) quantum ſatis eſſe videtur, deinde ponatur ad ſolem, miſcendo continuè, donec ferè exiccatum fuerit: demum adde lixiuij ſecundæ, & tertiæ coctionis ſimul, quantum opus eſt. Quando autem probare votum volueris, ſumito parum, atque inter manus cōfricato, quòd ſi ſpumam reddat, rem iam cōfectam habes.

Smegma ad Serica, optimum.

R. Caulium fabarum m. iiij.
Calcis viuæ m. j.

Miſceantur, & ponantur in colatorio, bene preſſa, in medio caua, in qua toties aquā infundito, donec colare incipiat. Sæpius enim exiccabitur, antequàm ſtillare incipiat. Quibus factis, ſumito huius colaturæ menſ. iiij. ſeui diſſoluti, & colati, menſ. j. miſceantur, & coquan-

coquantur ad ignem, donec ſexta pars euanuerit: deinde ponatur in vaſe aliquo ad ſolem, miſcendo per diem integrũ, donec bene imbiberit lixiuium omne, durumq; euaſerit, & erit perfectum.

Seuum nobiliſſimum ad manus, & chirothecas.

R. Vini albi lib. iij.
Seui caprini maſculi, vel
Veruecis lib. j.

Coquantur ſimul igne lento, cooperta, deinde auferantur ab igne, & cum iam deferbuerint, ponantur in patina aliqua, lauenturque aqua pura quinquies, aut ſexies: deinde per noctem vnam ſic in aqua relinquantur. His factis, ſumito aquæ roſarum lib. j. vini albi lib. ij. miſceantur, & cum dicto ſeuo coquantur ad ignem lentum, vt nõ recipiat fumum, ad conſumptionem medietatis. Deinde ſumito raparum ſub cineribus coctarum, & mundatarum, lib. s. pro quaq; libra ſeui, coquãtur cum aqua roſarum per horam dimidiam, deinde colentur, & ponãtur in mortario cum oleo iaſmini aut citri, aut cum pauca caphura. Quibus peractis, ſumito ſcutellam in aqua roſarum lotam, in qua formetur ſeuum, adiunctis prius ceruſſæ cõtritæ, ℥. iij. in ſingulas libras ſeui, aut olei roſacei, & pone inter flores odoriferos, velut roſarũ, per octo dies, Deinde ſumito ſacculũ linteum,

in aqua rosarum lotum, & seminum melonum, quantum satis est, imponito, atque sic oleum torculari extrahito, quod seruetur in vase bene obturato.

Seuum optimum ex pomis, quod Pomatam uocăt.

Sumito pomorum odoratorũ & mundatorum n°. xvj. vel xx. incidantur in quatuor partes, in quarum qualibet, ponantur quatuor aut sex garyophylli, deinde cum aqua rosarum, in patinam vitreatam coopertam ita, vt rosarum liquor emineat, & relinquantur per diem integrum. His factis eximantur, ponanturq; in ollam vitreatam, vnà cũ tribus libris axungiæ porcinæ, recentis, concisæ, ad ignem lentum, deinde coletur ita, vt colatura cadat in vas aquæ frigidę plenum. Hoc autem per triduum, vel quatriduum faciendum, vt purior reddatur axungia, aqua quotidie mutata. Quæ cum facta fuerint, sumito seuum illud purgatum, & colatum, cui adde spicæ nardi parum, garyophyllorum ℥.ij. Cinnamomi ℥.j. sandali citrini ʒ.ij. belzoini, styracis calamitæ, sing. ℥. j. Contundantur, & ponantur in panno lineo, subtili, ita, vt non excidant, deinde bulliant omnia simul igne lento, & procul à flamma, per horas quatuor aut sex, donec rosarum aqua omnis euanescat, miscendo aliquando, ne fumum oleat. Quando autẽ satis coctum fuerit,

rit, adde ceræ albę. ℥ vij. coquantur per horæ quadrantem, subinde miscendo, deinde auferatur ab igne, maneatq; sic per alterum horæ quadrantem, donec fæces resideant. Quibus factis coletur paulatim per pannum lineum, subtile. ita, vt fæces in fundo remaneant, in vas aliquod vitreatum, in quo aqua rosarum sit in fusa. Quum verò deferbuerit, & concretum fuerit, in quatuor diuidatur partes, ponaturq; in ollam vitreatam, cum aqua rosarum, moschata pauca, miscendo bene vt in vnum confluat corpus. Si verò misceri nõ possent, aliquandiu ad ignem ponito admodum lentum, quousq; optimè misceantur, deinde seruetur.

Seuum Pomatum aliud.

R. Pomorum odoratorum quantum satis est, quæ coquantur, & seminibus exemptis, contundantur, perq; linteum exprimantur deinde adde axungiæ caprinæ colatæ, æquale pondus, coquantur in vase vitreato, donec rosarum aqua omnis fuerit consumpta, demum addatur, moschi, garyophyllorum, nucis moschatæ, leuiter contritæ, sing. q. s. est, coquantur simul, coletur materia, vt suprà, & seruetur.

Aliud Pomatum.

Axungia porcina recens, vnà cum rosarum aqua ponatur in ollam vitreatam ad ignem,

deinde coletur, immittaturq́; in aquam frigidam per dies decem, lauando diebus singulis decies, toties aqua mutata. Postea sumito poma odorifera, à seminibus purgata, atque in partes aliquot incisa, ponátur in aqua rosarum per triduum, deinde accipito quindecim garyophylos, per integrũ diem in aqua frigida, purgatos, atq; incisos, misceantur, & coquantur omnia igne lento in aqua rosarum, per horam vnam, spumando bene: quibus postea addito, ceræ albæ ℥. iij. & rursus bulliant aliquandiu: deinde cum colatum optimè fuerit, relinquatur sic per noctem, deinde totum seuum album colligito. Quoniam autem in fundo fæces hæserunt, oportet, vt in mortario, cum aqua rosarum, optimè spatula agitentur: & quanto melius agitatum fuerit, plusq́; aquæ rosarum adiunxeris, tanto purius euadet. Quibus factis, sumito axungiæ tenelli porci, quantum satis est, ponito in aquã frigidam per dies quatuor, aquis, diebus singulis, mutatis, pòst mẽbranis, cartilaginibus, & id genus alijs exẽptis, R. Poma viginti odorata, ac singula in quatuor partes secato, corticem seminaq́; eximito, & cõtundito, singulis pomis quatuor garyophyllis adiectis. Quando autem axũgia in rosarum aqua cocta fuerit tandiu, donec omnis rosarũ aqua emanauerit, igne admodum lento, addantur poma contusa, parum cinna-

cinnamomi, ſpicæ nardi, nucis moſchatæ, & huiuſmodi, & coquantur, deinde coletur & ſeruetur. Quòd ſi parum ſeui vitulini colati adiungatur, melius erit.

Pilæ ad tollendas maculas olei, & ſeui.

Accipito ſmegmatis liquidi, quo panni è lana purgantur, quantum par eſt, cui addito cineris vitium, aluminis vſti, tartari in puluerem redacti, ſing. quantum ſatis videatur: miſceantur omnia ſimul diligenter, & formentur pilæ, quibus vtere maculis delendis.

Dulciaria ſiue confectiones Moſchatæ.

R. Tragachanti, in aqua roſarum liquefacti, & dealbati, q. ſ. eſt, ex quo in maſſam adducto, nucis auellanæ inſtar ſumito, mortario tundito, ſubinde ſacchari optimi addito: itemq; moſchi, in roſarũ aqua diſſoluti, gr. v. Miſce, & fiat paſta, quæ incidetur prout placuerit. Quòd ſi meliores cõficere volueris, adde plus moſchi, & ſacchari, deinde etiã aliquantulum macis in puluerem redacti, miſcendo continuè: prætereà adiungito etiam parũ farinæ amyli, vel quod melius eſt, pulueris ſandali rubri, miſcendo, vt in maſſam cogatur. Hanc in partes aliquot ſecato, atque in vmbra ſiccato. Quòd ſi hos coloribus libet variare, quos volueris, addere licebit, bene attritos, modò ne venenati ſint.

Possunt quoq; auro, vel argento tegi, vt reliquæ confectiones.

Dulciaria Regia.

R. Gummi Arabici ℥.v.
Sacchari perfecti ℥.iiij.
Amyli ℥.iij.
Moschi gr.cxx.
Misceantur vt supra.

Dentifricium perfectißimum.

R. Coral.rub. ʒ.iiij.
Terræ Maioricæ ℥.ij.
Ossium sepiarum
Pumicis sing.℥.j.
Garyophyllorum
Cinnamomi
Mastichis sing.ʒ.j.
Margarit.alb.℥.s.
Sang.drac.℥.j.
Moschi gr.iij.

Redigantur in puluerem singula, & cribrentur, deinde misceantur cum tragacantho in rosarum aqua, macerato ad modum pastæ, & fiant dentifricia, quo dentes confricati, reddentur albissimi, & à corruptione conseruabuntur.

Vinum Hippocraticum perfectum.

R. Cinnamomi electi ℥.j.

Gingi-

Gingiberis ʒ.ij.
Granorum paradisi ʒ.iij.
Garyophyllorum ℈.j.
Nucis moschatæ
Galangæ sing.℈.s.

Redigantur in puluerem,& misceantur,ponanturq́; in colatorio. Deinde sextarij quadrantem boni vini,albi,aut rubri,vini Cretici vel alterius optimi quartarium: deinde sumito sacchari albissimi,lib.j.dissoluti in alio vino, atque reliquis superinfundito, toties iterando, donec clarum lucidumq́; euadat. Atque hæc pro ea mensura vini satis sunt. Quòd si plus facere voles,species quoq; pro vini portione augeto. Potest etiam addi aliquantulum moschi, in lintheo positi, circa colatorij fundum alligati, vt moschi odorem recipiat,

FINIS LIBRI SECVNDI

D. ALEXII PEDEMONTANI DE SECRETIS.

LIBER TERTIVS.

A IOA. IACOBO VVEchero Medico Basil. auctus & in meliorem ordinem digestus.

Secretum elegans atq; perfectum, ad condiendum mala Citria, atq; huius generis alia.



MALA citria vel arantia, vel alterius generis fructus, incisa, & ab interioribus mundata, bulliant in aqua fontana per semihoram, donec aliquantulum mollescant: deinde eximantur, ponanturque in aliam aquam frigidam per dies octo, bis quotidie aqua mutata, manè scilicet & vesperi, ad ignem ponatur, donec calefiant tantùm, non bulliant, quod itidem bis faciendum est. Quidam verò, semel tátùm in die, ponunt ad ignem, ne nimium poma mollescant, mutantque aquá vesperi tantùm, vt amaritudo omnis auferatur. Quæ cum ablata fuerit, sumito sacchari,

vel

vel mellis purgati, atque præparati, vt inferius docebitur, in quo ponantur malacitria, prius aliquo modo exiccata, quod fiet, si relinquatur per noctem integram, maximè tẽpore æstiuo: in hyeme verò in loco aliquo commodo per horas tres, deinde in saccharo vel melle, per diem naturalem maneant. Quibus sic factis, eximátur ex melle, vel saccharo, atque ipsum mel, vel saccharum, ad ignem lentum bulliant per horá dimidiam, deinde cum deferbuerit bene, inijciátur mala rursus. Atque sic per biduum faciendum, donec ad iustam crassitudinem ipsum mel, vel saccharum coctum fuerit. Quòd si melle vti velis, bis erit purgandum, & colandum secundum artem, vt infra docebitur. Quod cum factum erit, immittantur mala citria, & bulliant igne lento ad horæ quadrantem, postea auferantur ab igne, sicq; diem integrum maneant. Sequenti verò die iterũ ad ignem coquantur per horam dimidiam, atque sic per duos dies faciendum, vt mel, vel saccharum vnà cum malis citrijs, perfectè conficiatur. Tota enim ars consistit in coquendo omnia simul, aut etiam in solo melle, vel saccharo. Nam si minus rectè coquatur, facilè fumũ redolebit: sin verò optimè, & rectè coquatur, res erit stomacho amica, & pretiosa. Hac etiam via & ratione, alij fructus condiri queunt, vt mala Persica matu-

ra, integra, limonia, arantia, poma, nuces virides immaturæ, & earum nuclei, & similia pro diuersitate fructuum.

Modus purgandi & præparandi mellis, uel sacchari, ad cōdienda mala Citria, uel alia huiusmodi.

Sumito in decem libras mellis, duodecim alba ouorum, aquæ fontanæ poculum dimidium, misceantur bene, contundendo, deinde vnà cum melle ponantur ad ignem lentum per quartam horæ partem, postea cum ab igne remotum, & optimè despumatum fuerit, coletur, & erit clarum, & purū ad condiendos omnis generis fructus. Quando autem mala citria condire voles, sumito in singulas libras, mellis libras duas. Hoc etiā modo saccharum pręparari potest. Verùm si cū saccharo cōdienda sint, sumito in sex libras malorū, sacchari libras nouem, & erunt optimè condita. Hoc autem hac ratione fit, quoniam mel plus in se continet excrementorū, quàm saccharum, ideo tertia parte plus mellis est opus. Quòd si hanc rationem sequaris, semper opus perfectum faciẹs.

Malorum citriorum conditura, Quæ uentriculum & cor roborat, concoctionē iuuat, oris halitum commendat.

Citria mala electa sumantur, scindantur singula secundum longitudinem in partes quatuor

tuor, acor eis extrahatur, vaſi vitreato impo nantur, aqua lympida cum ſale craſſo & candido nouem diebus infundatur, donec induréſcant. Poſthac ſeptem denuo diebus citra ſalem, tantiſper dum color ipſorum alteretur, in tantum, vt exterior ipſorum pars non minus quàm interior albeſcat, ſola in aqua macerentur. hoc inde dilutum ſalſilaginis expers ne ſit, deguſtabis. Mox mellis ſynceri partem vnam, aquæ partes duas, ad mẽſuram videlicet quantitatis ac numeri malorum, vt omnia eo liquore ſubmergantur, adijcies: atq; ita duarum horarum ſpacio igni lento elixentur, deinde eximantur aqua & melle, alteroq; die mel nouum indatur, ferueat bullitionẽ vnà cum malis Citrijs, quæ imbuta in vaſe vitreato reponantur, & ſuperinſpergatur puluis ex his aromatis confectus. Ad vnamquamq; malorum citriorũ minam ſumantur croci, cardamoni maioris & minoris vniuſcuiuſq; denarius vnus & ſemis, garyophyllorum, cinnamomi, ſing. ℈ ij. & g. v, moſchi obolus j. terantur in puluerem, qui ſpargatur vtrinq; ſuper citria, reponantur in vaſculum, ſic, vt mel citria plurimum excedat.

Mala citria condita, ad eadem.

Cortices citriorum tam magnorum, quàm vola manus capere poteſt, carne purgati li-

xiuio claro mergantur dies nouem, mutato ad diem quintũ: post merge aqua clara, donec amaritudine deposita dulcescant: tunc vase mundo, aqua fontis plurima coquatur, donec tenerescat: aquosa deinde substantia ab his expressa in vase lapideo mergantur viginti quatuor horas, iulepo sufficienti ex saccharo albo & aqua tripla constante, pòst coquantur igne lento ad penidiorũ consistentiam. Extracti ex hoc iulepo cortices, vase vitreo reponãtur, superfuso singulis vicissim velut incrustandis iulepo rosato ad mediocrem, seu sacchari candefacti, crassitiem, cocto. Sunt qui ambra & moscho aromatizãt.

Conditum citri ad eadem.

R. Corticum, vel foliorum citri ℥.iiij. cydoniorum ℥.ij. pomorum odoratorum frustatim sectorum, n° iiij. macerentur biduo in vini antiqui libris octo cum pondere aromatum. Post aliquoties feruefiant, & cũ mellis despumati, & sacchari albissimi, & aquæ rosarum, sing. lib. ij. percoquatur in crassitudinem iulepi, aromatizetur cum moschi granis xv. Vel, R. corticum citri ℥. vij. buglossi ℥. j. s. melissæ ℥. s. garyophyllorum aur. ij. ligni aloes aur. s. macerentur triduo, vini boni lib. iiij. pòst cum sacchari lib. ij. coque, aromatiza galliæ aurei semisse, croci granis xv. mastiches ʒ. j. moschi gr. x.

Mala

Mala Persica, Hispanorum modo confecta.

R. Malorum Persicorum, magnorum, mundatorum, & incisorum, quantum volueris, ponátur ad solem biduum, & manè & vesperi voluátur, deinde sic calida in syrupum sacchari, dicto modo preparati, conijciátur, demum exinantur, atq; rursus ad solem ponantur, eodem modo sæpius reuoluendo, donec siccentur optimè. Quibus peractis, rursus in saccharum inijciantur, mox etiam ad solem exponantur. Hoc autem tertiò & quartò faciendum, donec crusta inducatur. Quod, cum factum fuerit, seruentur in tempus Hybernum, & erunt pretiosa.

Conditum ex Persicis, uentriculum calidum, & cor firmant, sitim sedant, oris fœtorem emendant.

R. Persicorum propemodum maturorum intus & foris purgatorum, succi persicorum aliorum, sing. lib. iij. sacchari albissimi lib. ij. tere persica in medullæ consistentiam, coque cum syrupo, vt in condito ex cydonijs diximus. Vbi coctum erit, pulueriza super ipsum ligni aloes, santali flaui, sing. ℥ ij. cinnamomi, cubebarum, macis, sing. ℥ iiij. moschi ℈. s. Quòd si absq; aromatibus fiat, magis refrigerabit & humectabit.

Condimentum cotoneorum, quod uirtutem retentiuam & stomachum roborat, fluxiones compescit, concoctionem iuuat, appetentiam excitat, et uomitum cohibet.

R. Cotonea meliuscula, prægrandia, à corruptione immunia, mundentur interius ab acinis, foris à corticibus, decorticatione leui atq; subtili scidãtur frustulatim sectionibus quatuor siue duabus, elixentur in aquę partibus duabus, mellis parte vna. Sunt qui eadem melle vinoq; decoquát, primo nempe die: secundo verò solo cum melle elixentur. Reponantur in vasculo vitreo seu vitreato, aromatizentur speciebus malis citrijs iampridem consecratis, ita quidem, vt supra docuimus, ne cotonea emineant, sed mel affatim semper excedat. Cauẽdum autem ad euitandam corruptionem, ne cotonea principio in aqua macerentur, vel, vt vulgò dicunt, infundantur.

Diacydonium ad eadem.

R. Mala cotonea, à superiori cortice & ab interiori anima mundata: & per ignem cum pauco vino in pasta reducta lib. xij. sacchari clarificati & ab aqua cõsumpti lib. viij. misce & coquantur omnia simul, semper aggitando, donec cocta sint, & seruetur in scatulis. Hæc enim est vera dosis, quę in diacydonio

donio apponenda eſt. Alij ponunt ęqualem quantitatem ſacchari & paſtæ, nec modus iſte laudatur. Paſta igitur dicta, antequam cum ea ſaccharum miſceatur ſtaminianda eſt cum bacili forato ad hoc, quòd ipſa ſubtilis ſit. Semperq; cum baculo ducenda eſt, dum ad ignem coquitur. Ipſius autẽ coctio cognoſcitur, cũ ipſa tota à bacilone ducendo ſe leuat: nec ab igne remouenda eſt, niſi ipſa ſeparetur è bacilone: quia tunc eſt ſignũ cocturæ.

Diacydonium ad eadem.

Abiecto corio mala cydonia matura in breuiſsimas, ac tenuiſsimas particulas recides, & proijcies durum, quod habetur interius. Dehinc in melle decoques, donec ad menſuram mediam reuertatur, & coquendo piper ſubtile conſperges.

ALITER.

Succi cydoniorum ſextarios duos, aceti ſextarium vnũ ſemis, & mellis duos ſextarios, miſces & decoques, donec tota permiſtio pinguedine puri mellis imitetur. Tunc triti piperis, atq; zingiberis binas vncias miſcere curabis.

Condimentum cotoneorum ad eadem.

Cotonea ampla nulla putredine vitiata, depellata, intus purgata, in fruſta idonea ſecta.

coque in iulepo multum aquoſo: poſtridie in iulepo alio propemodum perfectè cocto percoq;,aromatiza moſcho, vaſe vitreo repone,eo iulepo, cui incocta ſunt, ſuperaddito.

Diacitonium è ſucco citoniorum appetentiam languentem excitat,uentriculum & hepar roborat,coctionem iuuat.

R. Succi cotoneorum deſpumati lib.iij.
Mellis optimi, deſpumati ſing. lib.iij
Aceti boni,puri lib.ij.

Coquantur ſimul ad iuſtam ſpiſsitudinem, deinde ab igne remotis, & adhuc tepétibus inſperge ſubſequentium ſpecierum pulueres,minutiſsimè tritos, & per cribrum excuſſos.

R. Zingiberis
Piperis longi
Cinnamomi, ſing. ℥.j.
Garyophyllorum
Ligni aloes, ſing.℥.s.
Moſci ℈.j.

Confice ſecundum artem.

Conditum ex malis cotoneis, uentriculum, hepar & cætera uiſcera roborat, appetentiam excitat,concoctionem iuuat, uomitum & lienteriam. ſedat.

R. Succi

R. Succi malorum cotoneorum lib. xx.
Vini antiqui boni lib. x.

Coquantur igne lento, vsq; ad tertiæ partis consumptionem semper despumando. Post quam resederit, coletur, & addantur.

Mellis despumati lib. vj. iterũ coquantur, despumando, & in ea suspendantur, nodulo ligata, sequentia aromata.

R. Cinnamomi
Cardamoni, sin. ʒ. iij.
Garyophyllorum ʒ. ij.
Zingiberis
Macis
Ligni aloes
Mastiches, sing. ℥. j. s.
Croci ʒ. ij.

Omnia in puluerẽ redigãtur pręter crocũ, & suspendantur nodulo, vt dictum est: identidem fricando eum in ipso medicamento, donec crassescat. Deinde addatur mosch. ℈. j. galliæ ʒ. ij. Sunt qui saccharum mellis loco miscent, & vtrunq; sine & cum aromatibus componunt.

Diacitonium purgans, ad colicum dolorem, & alios partium nutritoriarum morbos.

R. Succi citoniorum lib. iij.
Mellis albi lib. ij.

Coque continenter despumando, donec manus non inficiat, deinde inijce sequẽtia.

Scammonij in malo cotoneo correcti ℥.j.s.
Galliæ bonæ
Garyophyllorum
Gingiberis
Masticհes
Piperis longi
Cinnamomi
Nucis moschatæ, sing. ℥. iij. Aut

℞. Scammonij ʒ.v.
Turbith. ʒ.xij.

Cholagogum erit simul & phlegmagogum.
Aut scãmonio abiecto misce turbith. ʒ.xxv.
Cartami ʒ.v.
Phlegmagogum solum erit.

Sunt & nonnulli qui cum alijs medicamentis purgantibus componãt, pro Medici scopo, & necessitate.

Diacydonium roborans ualdè, & astringens.

℞. Succi malorum cotoneorum acidorum lib. lx.
Mentæ siccæ
Foliorum citri, sing. ℥.viij.
Foliorum rosarum ℥.iij.

Coque ad dimidiæ partis consumptionem: cola cũ vini albi antiqui lib. xxv. percoque, addito melle, vel saccharo, sine vel cum aromatibus. Quidam vini loco acetum incoquunt.

Dia-

Diacydonium clarum & lucidum.

R. Malorum cotoneorum quot volueris, mundentur, & minutatim incidantur, deinde coquantur in olla vitreata cum modico vino, (vase operculo & pano linteo bene obstructo & ligato, ne quouis modo expirent) donec satis cocta videatur. Quibus factis eximatur cotonea vna cũ succo, & exprimantur per pãnũ linteũ leniter. Deinde pro qualibet libra succi expressi addatur sacchari albissimi & purissimi lib.j. & coquantur vsq; ad iustam consistentiam, remouendo ab igne & despumando bene, & seruetur in scatulis, auro intrinsecus obductis.

Diacydoniũ simplex paratum modo Valentinorum, quo etiam utũtur Genuenses, in frusta uel placentarum formam confectum.

R. Malorum cydoniorum, mundatorum, quantum volueris, coquantur in aqua donec aperiantur. deinde per panum linteum pulpa exprimatur optimè, addẽdo in libras octo, tres libras sacchari cãdidissimi, miscendo continuè, cum spatula lignea, & coquendo, igne admodum lenteo, quo vsq; perfectè cocta fuerint. Satis autem cocta esse cognoscuntur ex hoc, nempe cum è cacabo exempta, minimè adhærescunt, sed sponte sequũtur. Quòd si cum moscho parare voles, sumito moschi parum, & cum saccharo in pulue-

rem redigito, deinde cum in cacabo positũ fuerit, misce bene. Sin verò cũ aromatis voles, accipito cinnamomi, garyophyllorum, nucis moschatæ, zingiberis sing. q. s. est, & misceâtur. Verùm moschus, cũ pauco aceto antea erit parum coquẽdus. His omnibus ritè administratis, sumito tãtum ex caldario, quantum ad vnam placentam satis esse videtur, & supra mensam, supra quam saccharũ in puluerem redactum, sparsum fuerit, deinde formentur placentæ ad libitum, demum siccentur ad solem. Cùm verò omnes simul positæ fuerint, muta, & reuolue sæpius, interposito semper aliquantulum sacchari cõtriti, hocq; toties cum saccharo faciendum, donec inducatur crusta. Atque sic habebis Diacitonium optimum, suauissimum omnium, & cordi amicum. Hac etiam ratione licet mala Persica, pyra, & alia huiusmodi condire: & est res optima, pulcherrima, & quouis principe digna.

Ad condiendum mala Insana, cum saccharo, modo Genuensium, quæ Longobardis mala Disdegnosa uocantur.

R. Mala insana, nõ matura, sed instar nucis parua, coquãtur in aqua, donec mollescant, deinde siccentur bene, & immergantur in syrupum sacchari, superius præparati, & in eo relinquantur per dies viginti, demũ eximantur, &

tur, & syrupus per se coquatur secundum artem, vt superius dictũ est. Postea rursus immergantur per dies quatuor, quo vsq; tota humiditas extracta fuerit, qua extracta, seruentur in vasis, & erunt optima.

Condimentum malorum ad uomitum compescendum.

Mala subdulcia duabus aquæ partibus, & mellis parte vna primò decoquuntur. Dein de cum solo melle elixantur, & in pyxide reponuntur, mel despumatum superinijcitur, & species odoriferæ, perinde atq; in conditura cotoneorũ memoratũ est, condiantur.

Conditura malorum ad cordis & stomachi imbecillitatem, coctionemq; iuuandam.

℞. Carnium malorum dulcium, odoratorum, mundatorum, & incisorum lib. vj.
Sacchari albissimi lib. v.
Aquæ rosatæ lib: ij.
Ligni aloes ʒ. v.
Santali citrini ʒ. iij.
Garyophyllorum ℥. s.
Cinnamomi ʒ. iiij. s.
Ambræ ʒ. ij.
Moschi ℈. j.

Condiantur vt mala cotonea.

Condimentum pyrorum ad confortandum cor & uentriculum.

Pirorum condimenta perinde atq; cotoneorum condituræ apparantur. Eliguntur autẽ ad ea pira odorata & aromatica.

Condimentum prunorum, uentriculi ardorẽ, & inde natam sitim extinguit, febres mitigat, aluum soluit.

Si pruna fuerint humida, vnà cum suis nucleis cum melle & aqua decoquantur: deinde abluantur, & cum solo melle elixentur, & in pyxide reponantur, mel despumatum superinijciatur.

Conditura prunorum ad eadem.

R. Carnium prunorum. Damascenorum, subdulcium, atq; in aqua, cui portulaca incocta sit, elixatorum lib.ij.
Sacchari albissimi lib.j.
Aquæ violarum lib.ij.
misceantur & coquantur igne lento ad crassitudinem, deinde vitreo vase seruentur.

Conditum ex Melonibus perfectum.

R. Melonum, non bene maturorum, incisorum, & mundatorũ quantũ volueris, qui cum in aceto optimo, per dies decẽ fuerint, eximãtur, atque aliud acetum optimum superinfundatur, in quo maneant per totidem dies, diebus singulis miscẽdo. Quibus sic se habentibus, eximantur, & ponãtur super pá

num

num lineum per diem & noctẽ, vt ſiccentur aliquo modo in vmbra, poſtea ponantur in melle per dies decẽ, bulliantq; ſingulis diebus ſemel, demum eximantur, ponanturq; in vaſe aliquo, aſperſa puluere ſequenti.

R. Garyophyllorum
Gingiberis
Nucis moſchatæ
Cinnamomi ſing. q.ſ.

Miſceantur & fiat puluis ſubtiliſsimus, qui cum ſupradictis, vbicunque aſperſus fuerit adde mellis albi, optimiq;, quãtum ſatis eſt & ſerua.

Melones ſiue Pepones, quomodo dulces, perfectiq; reddi poßint.

Melonum ſiue peponum ſemina, in ea parte qua paulum hiant, ponantur in ſaccharum diſſolutum in aqua, per tres aut quatuor horas, addendo parum aquæ roſarum, deinde extracta, & exiccata, plantentur. naſcentur melones optimi, & ſuauiſsimi. Quòd ſi moſchatos voles, adiunge aquæ moſchi, & cinnamomi aliquãtulum, & habebis perfectiſſimos. Hoc eodem modo, cucumeris ſemina emendari poſſunt.

Ad condiendas Cucurbitas.

R. Cucurbitarum, in partes, ſecundum lon

gitudinem incisarum,& mundatarum,quãtum volueris,deinde aquam feruentem super aspergito cucurbitis,deinde cum sic per nouem dies factum fuerit, coquantur ad ignem mediocriter,nimirum tantùm, vt nimium ne mollescant.Quæ cum deinceps in vmbra in panno linteo exiccatæ biduum fuerint,coquantur in melle, vt de arantijs dictum est.

Ad condienda Pyra Appiana,quæ Moscatella dicuntur.

Pyra moschatella semel tantùm in melle coquantur,additis aromatibus vt suprà. Verùm condimenta hæc omnia, maiorem aromatum copiam desiderant , pro ventriculi remedijs.

Ad condiendos Arãtiorum cortices,quouis anni tempore,potissimum uerò in Maio , cum mala maiora,corticesq; crassiores fuerint.

R. Corticum arantiorum, in quatuor aut sex partes incisorum,quantum volueris, ponãtur in aqua fontana per dies decem, plus minúsue,donec perlucidi sint,deinde siccẽtur in aere,linteo inuoluti panno,donec fuerint satis sicci,demum in ahenum immitantur,vbi tantũ mellis sit,vt media pars extet, coquendo aliquantum misceantur, mox auferantur ab igne,ne mel nimium coquatur,
relin

relinquaturq; ſic per dies quatuor, in iam di cto melle, miſcendo quotidie. Hoc autẽ tertiò faciendum erit, coquendo prius parum, deinde relinquendo, vt iam dictum, per dies tres. Quibus omnibus factis, cortices ex melle eximantur, coquanturque in tanto melle, quãtum tibi ſatis eſſe videbitur, nõ quidem diu, deinde ponantur in vaſe aliquo, addito zingiberis, garyophyllorum, cinnamomi, ſing. q. ſ. eſt: miſce, & ſerua tãquam rem optimam. Scito, mel illud ipſum, valere etiam ad condienda alia.

Ad condiendas Nuces.

R. Nucum, dum adhuc teneræ ſunt, & virides, quantum volueris, perforentur quatuor, aut ſex locis, & immittãtur in aqua fontana, per vndecim dies, plus minûſue, pro vt videbitur, deinde coquantur in melle, vt de arantijs dictum eſt, niſi quòd quater plus coqui debeant, propterea, quòd plures etiam ſint. Illud autem obſeruandum, vt mel recẽs ſubinde addatur, propterea, quòd coquẽdo minuatur. Poſtremò adiũgenda quoq; ſunt aromata, quemadmodum de arantijs factũ eſt, niſi quod minns garyophyllorum addatur, quoniam nuces amaras reddunt.

Conditura Nucum.

Sumantur nuces humidæ priuſquam indu-

rentur cortices earum, elixentur cum melle & aqua, deinde abluantur. Sunt qui corticē extremum humidum cultro auferunt, & nucem duobus aut tribus locis perforant, & cum melle decoquunt. Postremo condiuntur cum speciebus aromaticis.

Condimentum auellanæ.

Auellanæ magnę, dulces, recentes, cum corticibus suis elixentur non perforatæ, & condiantur cum speciebus odoratis.

Condimentum myrobalanorum chebulorum, stomachum & uentriculum firmat, appetentiam incitat, coctionem promouet, rationalem animæ partem uegetam reddunt & sensificam. Quapropter uisum quoq; clariorem, & usu crebro iuuentutem diu tuentur.

R. Myrobalanorum chebulorum, recentium, vel saltē arte madefactarū, quot volueris, quæ stylo passim compunctæ coquantur in aqua, igne lento, donec tenerescant. His in asserem immissis, aqua exprimatur. Deinde biduo hydromelite mergantur. Deinde igne lento leuiter coquantur, vase vitreo recondantur. Arte autē sic humectantur. Infunde his aquam plurimam, insola dies octo: deinde separatim obrue arena humida tertio quoq; dię nouanda, aqua sæpe superfusa, donec tumefiant, & humectētur:

idque

idq; vel in dolio, aut alio vase magno fiat, vel in fossa quadam subterranea magna, & loco humido.

Myrobalani chebuli arte conditi.

Myrobalani chebuli præstantissimi in sabulo vliginoso (aut alias loco arenoso madente) hoc modo & ordine defodiuntur: prima striga strati modo myrobalani locantur, altera insuper itidem strati instar sabulum, atque ita deinceps alterius, quod quantum vis chebulorum condiuntur, & aqua humectantur, & vtrisq; fit fouea, postea tolluntur myrobalani, atq; in aliud recens defodiuntur sabulum humidum, ne siccescant, idque per decem dierum spacium. Vbi igitur videris myrobalanos iam intumescere multum, atque madere, aqua pura ter quaterúe lauabis. Deinde sumantur palmulæ (quod dactylos vocant) & hordeum, decoquanturq; multa cum aqua, in quam decoctam probè myrobalanos conijce, & lento igne paulatim elixato. Quos deinde lauabis, & melle sincero decoques. Ad vnamquamq; libram myrobalanorum sumantur croci, cardamomi maioris & minoris, sing. ℈. j. cinnamomi, garyophyllorum, sing. ʒ. j. moschi ℈. s. stringantur, terantur in linteolo, in ollula suspensa agitentur, & aromata exprimantur. Vbi decocti fuerint, vase vitreo recondes,

reponesq; per diem vnum seu alterum, dum aromata imbibantur. Posthæc in pyxidem repone, mel optimum despumatum superin funde, adde moschi, croci & ambræ paululum pro quantitate myrobalanorum. Pyxidem obligabis, & quo diutius cõseruantur, eo præstantiores euadunt.

Condimentum Emblicorum, uentriculum roborat, eius substantiam & facultatem contrahendo, & intemperiem humidam corrigendo.

Eligantur myrobalani emblici exquisitissimè boni, integri, macerentur diebus septem in aqua frigida absq; sole, donec intumescãt, & grandiores reddantur, & humescãt: deinde bis, veluti prædictum est, decoquantur, aromata aspergantur, stringantur & conseruentur. Vel aqua affusi soli exponantur, donec humectentur & tumefiant: tunc exprimãtur, vt supra dictum, hydromelite biduo macerentur: pòst igne lento coquantur. Coctæ autem vbi parum refrixerint, mellis albi quarta parte adiecta recondantur.

Condimentum radicis secacul, renes calefacit, uenerem excitat, flatus tamen uentriculi dißipat.

Maceratur radix primò vsq; ad mollificationem corticis suæ exterioris, & repurgatur cultello, & denuo infunditur aqua frigida septem diebus, mutatur singulis diebus

tantisper

tantiſper dum intus foriſque humectetur. Deinde in aquæ partibus duabus & mellis vna decoquatur. Poſthæc ferueat cum melle ſolo bullitione vna. Poſtremò reponatur in pyxidem, melle extenuato, & pre vditate ſubtiliato inijciatur cũ ſpeciebus præfatis.

Secacul conditum aliter.

Radices ſecacul amplæ, albæ, teneræ, à cortice cinericio & ligno interno purgatæ, in fruſta pollicaris magnitudinis ſectæ, vno garyophyllo humectato, & particula Zingiberis humectati, farctæ intus, vnde lignoſa portio execta eſt, coquantur in æquali pondere ſacchari, & duplo melle, vel melle ſolo, ſed triplo, coctis addatur aromatum pondus iuſtum.

Zingiber conditum, frigidam uentriculi intemperiem & humidam ſanat, concoctionem iuuat, uiſcerum lubricitatem corrigit, flatus diſsipat, alimenti in hepar & corpus reliquum distributionem celerat.

℞. Zingiberis recentis, vel arte humectati part. j.
Mellis part. iij.
Sacchari part. j.

miſceantur & coquantur ſecundum artem. Humectandum autem Zingiber album purum, recẽs, aqua affuſa primùm: deinde are-

na obrutum, vt in myrobalanis chebulis dictum est.

Zingiberata valdè delectabilis.

R. Zingiberis, optimi ℥.s.
Cinnamomi electi ʒ.ij.
Macis
Garyophyllorum, sing. ʒ.j.
redigantur in puluerem tenuissimum, addanturq; sacchari clarificati & benè cocti lib.ij. & fiat confectio in morsellis.

Acorus conditus.

Acorus conditus cerebri, & neruorum affectibus confert: conditur vt secacul.

Conditum ex fructibus, appetentiam excitat, & bilem flauam ex uentriculo deturbat, eiusq; intemperiem calidam corrigit.

R. Carnium Cotoneorum
Pirorum austerorum
Malorum acidorum, sing. lib. j.
coquantur in aceto forti, in quo rhus viginti quatuor horis maceratus fuerit, deinde addatur omphacij lib. j. carnium sorborum immaturorum ʒ. v. coquantur omnia cum sacchari lib. iiij. ad mellis crassitudinem. Postea addantur succi baccharum, oxyacāthæ, sing. ℥. ij. spodij, seminis oxalidis, sing. ℥. j. percoctum vase vitreo condetur.

con-

Conditum ex Succo fructuum.

℞. Succi cotoneorum ad dimidiam partem vsq; cocti lib. ij.
Succi malorum syluest. cocti.
Pirorum succi, cocti, sing. lib. j.
Vini antiqui lib. ij.
misceantur, & coquantur cum aromatibus, vel sine aromatibus, cũ melle, vel saccharo.

Saccharum rosatum, uentriculum & cor, & uiscera reliqua firmat, ipsorumq; intemperiem calidam & humidam emendat.

Saccharum rosatum, fit è floribus tritis aut minutim concisis, addendo triplum aut quadruplum sacchari in puluerem redacti, affusa aliquantula aqua stillatitia, vt cõmodius permisceri possint. Deinde Soli exponuntur benè obturato vase, & interdum agitantur.

Saccharum rosarum alio modo paratum.

Folia rosarum rubrarum, nõdum penitus apertarum, in vmbra siccantur, donec ipsorũ humiditas excremẽtosa resoluatur: deinde teruntur in mortario lapideo, additur sacchari albi triplum, reponuntur vase vitreo, pergamena operculato, mensibus tribus insolantur, in die sæpe agitâtur, à sole auferuntur, & seruantur.

Saccharum rosarum, aliter confectum.

R. Summitatum florum rosarum rubrarum, nondum perfectè explicitarum ℥. iij. contudantur in mortario lapideo, deinde addatur sacchari, in tenuissimum puluerē redacti lib. j. & bene contundendo misceantur. Quo facto in vase vitreo reponātur carta optimè clauso, deinde soli exponatur per menses tres, singulis diebus ipsum agitando, demum remoueatur & seruetur.

Saccharum uiolatum, bilis incendium sitimq́; extinguit, aluum sub ducit: fit ut rosoram.

Saccharum Buglossatum cor ipsum roborat, eiusq́; tremorem & syncopem sanat, maniacos & melancholicos iuuat: fit ut uiolatum.

Conditum Buglossi, optimum & expertum ad cordis tremorem, stomachi imbecillitatem, deiectā appetentiam, coctionem imbecillem, & formæ corruptionem.

R. Buglossæ.
Menthæ siccæ
Florum rosarum
Corticum mali citri, sing. ℥. iij.
Ozimi garyophyllati ℥. j.
Trium generum cotoneorum,
Trium generum malorum, sing. ℥. j. s.
Serici crudi incisi
Nucis moschatæ

Zedoa-

Zedoariæ
Galangæ
Been vtriusq;
Sandali citrini
Croci, sing.℥.j.s.
Ligni aloes ʒ.ij.
Vini
Aquæ, sing.lib.vj.
Mellis lib.viij.
Moschi ℈.j.
Galliæ ʒ.ij.
misceantur

Saccharum Rosmarinatum,

Cor,uentriculum,cerebrum roborat, flatus pellit. Fit vt Rosatum.

Mel Rosatum.

R. Foliorum rosarum rub, part.ij.
Mellis optimi, & despumati part. vj.
Coquantur leuiter vsque ad sufficientiam. Sunt qui foliorum loco succi eorum, & mellis portionem æqualem coquant. Alij foliorum & succi, sing. part.j.s. mellis part.iij.

Mel rosatum aliud efficacius.

R. Foliorum ros. rub. nondum penitus apertarum, contusorum lib. ij.
coquantur in aquæ cœlectis lib. iiij. colatu-

næ fortiter expreſſæ adde ſucci roſarum rubearum, depurati.
Mellis optimi deſpumati, ſing..lib.iiij.

Iuleb Roſatum, Febrium, thoracis & uentriculi incendium, caloremq; flamneum extinguit, ſitim inexpletam ſedat.

R. Aquæ roſarum bonæ, atq; in vitreis organis diſtillatæ
Sacchari albiſsimi, ſing.lib.ij. miſceantur, & cum albuminibus ouorum clarificetur iuleb, & coquatur vſq; ad ſyrupi conſiſtentiam.

Iuleb uiolatum, Febres, Phlegmonas, pleuritidem, aſperitatem gutturis & thoracis, ac tuſsim mitigat.

R. Aquæ violarum
Sacchari puri ſing.lib.ij.
miſceantur, & coquantur vſq; ad mellis conſiſtentiam, clarificanda benè cum albuminibus ouorum, vt antea dictum.

Ad faciendum amarenatam.

R. Amarenas non dulces & cum pauco vino ad bulliendum pone: poſt verò crepaturam earam colentur à ſucco ſuo: deinde manibus fricando tranſeant per bacilonum foratum

foratum, & exibit pulpa da qua R. lib.xij. Sacchari clarificati & ab aqua consumpti lib.viij. misceantur & coquantur simul, semper cum baculo agitando donec à bacilone leuentur, & reseruetur.

Ad Faciendum zeleam amarenarum: sitim extinguit, & appetitum excitat.

R. Succi prædicti amarenarum lib. viij.
Sacchari clarificati, & ab aqua consumpti lib.ij.

Misceantur & coquantur vsq; ad congelationem, semper cum baculo ducendo, & seruetur.

Mustacea Neapolitana, nobilißima, & suauissima, quæ & recreant uentriculum, & halitum bonum reddunt.

R. Sacchari albissimi lib.iij.
Floris farinæ lib.vj.
Cinnamomi ℥. iij.
Nucum moschatarum
Gingiberis sing. ℥.s.
Piperis ℥.j.
Mellis albi, crudi, nõ despumati ℥. iij.

Fiat prius cum farina circulus, in quo ponatur saccharum, ita vt in medio contineatur, cui deinde addito aquæ rosarum moschatę, lib.j. miscendo & agitando continuè, donec

ſaccharum reddatur inuiſibile. His factis, adde aromata, & mel, miſcendo probè manibus, vnà cum farina, è qua tantum dematur, quantum ſatis erit, ad ſpargendum teſtum. Quo facto, manu muſtacea ſecentur, ea magnitudine, vt ſingula vncias tres contineat. Quibus omnibus peractis, ponantur in teſtum, in cuius fundo farina ſit ſparſa, & coquantur ſic in fornace, donec ſatis eſt, deinde auro obducantur.

Paſta ex ſaccharo facta, ex qua uariæ fructuum uaſorum, & animalium formæ cõfici queunt, quæ tamen eſui non ſolum ſunt apta, ſed etiã ſuauiſsima.

R. Tragacanthi in aqua roſarum liquefacti, quãtũ ſatis eſt, deinde in ſingulas vncias quatuor ſacchari, ſumito huius tragacanthi liquefacti, ad fabæ magnitudinem, ſucci malorum parum, contundatur primò tragacanthum, in mortario bene, donec ferè in aquã reſolutum fuerit, deinde adde ſuccum limoniorum, vnà cum ouorum albo, miſcendo probè. His factis, adde ſacchari albiſsimi in puluerem cõtriti ℥.iiij. paulatim quidem, & fiat paſta, quę eximatur, atq; cum ſaccharo optimè ſupra menſam ſubigatur, vt farina, donec reducatur in mollem paſtam, ex qua deinde variæ formæ fieri poſsint. Quod cũ actũ fuerit, ligneo cylindro, hoc eſt, terreti ligno

ligno complanetur, tenueturq; pasta, vt variæ inde formæ confici queant. His formis, & confectionibus in conuiuijs vti licebit pro alijs vasis, modò cibis calidis non impleantur, in fine verò, ijs omnibus vesci, vt pote gustui suauibus & gratis. Quòd si suauiores volueris, sumito amygdalarum dulcium, mundatarum, & contusarum optimè, sacchari optimi, aquæ rosarum, sing. q. s. est. misceantur, & fiat pasta, vt in Marzapanibus fieri solet: deinde ponatur inter partes duas, prædictę pastę, vel formę, ita, vt in medio sita fuerint, absq; perceptione extrinseca, & habebis vasa admodum iucũda, & elegãtia.

Pasta ex Sacchoro facta aliter, ex qua uariæ fructuum, uasorum & animalium formæ confici queunt: qui modus superiore melior est.

R. Sacchari puri, atque in puluerem redacti quantum volueris, fiat pasta cum albuminibus ouorum, deinde formæ oleo amygdalarum prius inunctæ iam dicta pasta impleantur, postea simul comprimantur: & sic erunt animalia vel fructus facti: & sic omnia fieri possunt, dummodo formæ habeantur: deinde ponantur in stuffa ad siccandum: demum tingantur secundum colorem suum.

Ratio conficiendi morselatam albam.

R. Sacchari clarificati, & non perfectè co-

cti lib.j. Stangezetur optimè cum baculo, & post longã eius ductionem addantur Zingi beris minutim incisi ʒ.ij. deinde perfectè co quatur, & in morsellis incidatur. Sunt non-nulli, qui maiorem quantitatem Zingiberis ponunt, vt fortior sit. Sed communis & ab omnibus vsitata dosis est ʒ. ij. Zingiberis pro qualibet libra sacchari.

Modus præparandi Sauoniam quæ confectio fit apud curiales & Dominos Venetos, quibus inlo cis multum in usu est: multumq; delectabilis gustui ac nutritiua.

R. Sacchari clarificati, & ab aqua con-
sumpti lib.j.
Aqua rosarum ℥.iiij.
Amyli in puluerem redacti ℥. iiij.

coquantur omnia vsq; ad aquæ consumptio nem, & sacchari duram coctionem, deinde in fine addantur Zingiberis subtilissimè in-cisi ℥.ij. & proijciatur super marmor, & fiat confectio in forma rotularum.

Conditura penidiorum.

R. Sacchari lib.ij. Infundantur in aqua per noctem: deinde coquatur cum illa aqua abs-que aliqua alia clarificatione: prius tamen coletur, & fit coctio dura. post quam coctio nem, proijciatur super marmor innunctum oleo amygdalarum dulcium: deinde duca-tur

tur ad ferrum antequam infrigidetur: & quanto longiori tempore ducuntur, tanto albiores fiunt: deinde forcipe incidantur & in stufa reseruētur. Sunt qui ponūt pro qualibet libra sacchari amyli in puluerem redacti ℥.s. post mediam sacchari coctionem, vel in fine: & hoc vt saccharum non candeat: & modus ille non vituperatur. In aqua autem saccharum ponitur, vt viscositatem acquirat, qua mediante posſit ad ferrū trahi: qua tractione albi penidij fiant. Saccharum quãto perfectius, tanto longiori tempore in aqua permittitur infusum. Quáto verò grossum magis ac rubeum, tam minori tempore relinquēdum est in aqua: & hoc nota. Saccharum enim grossum & rubeum multum de viscositate habet: ideo parū in aqua permittatur. Album verò paucam habet humiditatem, ideo ad illam acquirendam, quæ necessaria est ad hoc, quod trahi ad ferrum possit, in aqua infusum stare debet, & longo tempore.

Marzapanis conficiendi ratio, qui pectus, renes, hepar iuuant, genituram augent, venerē stimulant, & ardorem urinæ tollunt. Optimi sunt alimēti, benè concoquuntur.

Amygdalas, quæ in aqua recenti per diē & noctem resederint, bene mundas, quàm

accuratè fieri poterit, teritoq; aqua recenti cõtinuo leniter inspergenda, ne oleum faciât. Optimum si voles, tantum sacchari optimi addito, quantum amygdalarum. Vbi omnia benè tunsa fuerint, atq; aqua rosacea dissoluta, in patellam leni crustulo subactam, atque rosacea aqua sæpius humectatam extendito, & in fumum indito, inspergendo continuò tritum saccharum cum modico aquæ rosaceę, ne nimium desiccetur. Coqui item ad focum possunt, modò curetur ne tosti potius, quàm cocti videantur: depressum item quàm altũ hũc panẽ velim: melior enim est.

Marzapanis confectura, aliter.

R. Amygdalarum dulcium, mundatarũ subtilissimè contusarum lib. s.
Sacchari puri, in puluerẽ redacti lib. j.
Aquæ rosarum quantum satis est,
misceantur, & fiat pasta, quæ extendatur super vbias: & in furno coquatur. Sunt nonnulli, qui pro qualibet lib. j. sacchari, ponunt amygdalarum ℥. iiij. quidam plus & quidam minus: & hoc fieri potest ad placitum sumẽtis. Fiũt aliquando sine vbia marzapani hoc modo: Facta pasta extendatur super incisorium saccharo aspersum: & in terra sine igne ponatur: & supra ponatur testa cum igne: & post coctionem superioris partis reuoluatur: & tunc non cognoscetur pars superior ab in-

ab inferiore. Fiunt etiam marzapani. proijciuntur ſuper marmor, vt manuſchriſti: & hoc modo fiunt: coquatur ſaccharum, ac ſi manuſchriſti facere velles: & in eo proijciantur amygdalæ optimè contritæ, & bene cum ſaccharo miſceantur: deinde iterum ſaccharũ coquatur: poſtmodum ſuper marmor farina aſperſum proijciantur: ſed primus & ſecundus modus melior eſt.

Panes Regij ex Amygdalis.

R. Amygdalarum dulcium, mundatarum lib.j. infundantur in aqua cinnamomi ſtillatitia per noctem: poſtridie contundantur optimè, addaturque ſacchari puri, atque in puluerem tenuiſsimũ redacti lib.j. vel lib.s. fiat paſta, qua formentur panes parui, in forma, qua volueris. Sunt qui loco ſachari, ponunt manuſchriſti cum perlis: & loco aquæ cinnamomi, cinnamomum ipſum, & Zingiber, contrita addunt. Confortant huiuſmodi panes valdè: vires reficiuntur &c.

Confectura Pineorum, quam Itali Pignocatam appellant.

R. Sacchari clarificati, atq; nondum perfectè cocti lib.j. ſtangezetur optimè cum baculo remouendo ab igne: & poſt longam eius ductionem, addantur pinearum mundatarum ℥.iiij. & ſimul miſceantur: deinde

ſaccharum perfectè coquatur, & ſit dura cõctio: deinde morſellis incidatur. Huiuſmodi confectio, ſi longo tempore conſeruari debet, apponenda eſt quantitas præſcripta pinearum: ſi verò pauco tempore, apponi poteſt lib. s. pinearum prò qualibet libra ſacchari.

Manuschriſti Roſatũ, medetur deiectis uiribus, ardẽtibus febribus, & imaginationes falſas abolet.

R. Sacchari clarificati lib. j.
Aquæ roſarum lib. s.

miſceantur & coquantur vſq; ad aquæ cõſumptionem, & ſacchari iuſtam craſsitiem: deinde proijciatur ſuper marmor aſperſum farina, & ſeruetur. Sunt, qui vngũt marmor ex oleo amygdalarum, loco farinæ.

Manuschriſti uiolatum.

R. Sacchari clarificati lib. j.
Aquæ florum violarum lib. s.

miſce, & fiat, vt manuſchriſti roſatum.

Manuschriſti perlatum.

R. Sacchari clarificati lib. j.
Aquæ roſarum optimæ lib. s.

miſceantur & coquantur vſq; ad aquæ cõſumptionem, & ſacchari iuſtam craſsitiem: deinde in fine addatur Margaritarum in tenuiſsimum puluerem redactarum ℥. s. & prò

ijcia-

ijciatur super marmor aspersum, vt supra, & seruetur.

Manuschristi cum fragmentis.

R. Sacchari clarificati lib.j.
Aquæ rosarum lib.s.

misceantur & coquantur simul vsq; ad consumptionem aquæ, & sacchari duram coctionem, in fine addantur fragmentorum preciosorum omnium subtisissimè cōtritorum ℥.iij. Margaritarum ℥.j. misce, & proijciatur super marmor, vt antea dictum, & seruetur in stufa.

Ad condiendum rancetos.

R. Corticum Aurantiorum malorum preparatorum, quantitatem quam volueris, & proijce saccharum cum capice forato bene coctum: & facias, quemadmodum de cinnamomo inferius dicetur. Cortices Arantiorum hoc modo preparãtur: Infundantur in aqua clara, & permittantur per dies nouem, omni die aquam renouando: deinde coquátur in aqua decem vel duodecim ebubllitionibus: postea ab igne remotis, remoueatur pars alba, quæ cortici adhæret, & incidantur secundum longitudinem in satis minuta frusta: & infundantur in saccharo liquefacta & cocto per diem & noctem: deinde co-

quantur leuiter: demum extrahantur, & siccentur.

Condimentum Pinearum.

R. Pinearum benè mundatarum, quantũ volueris, & super eas proijce saccharum cũ capice forato, bonæ cocturæ à principio vsque ad finem ducendo bacilonum, vt inferius dicetur in coriandris crispis.

Conditum Amygdalarum dulcium.

R. Amygdalarum dulcium mundatarum, quot volueris, super quas saccharum, ad iustam crassitiem coctum, proijce cum capice forato, bacilonum seu caldarium huc & illuc ducendo continuè, sub quo sint carbones igniti, & bene exiccentur: & tantũ hoc fiat, vt benè tegantur. Et quanto plus continuatur dicta ductio baciloni, tanto solidiores redduntur. Nonnulli conficiunt amygdalas cum suis corticibus: & hoc modo confectæ, longiori tempore durant, nec rancidæ fiunt. Nonnulli à superiore cortice mundant: & sic conficiunt cũ saccharo. Quidam eas diuidunt in partes duas, & conficiunt: easque asperas faciunt. Modus verò præparandi in decoctione sacchari, & ductione caldarij, seu baciloni consistit, vt de coriandris asperis docebitur.

Confectura

Confectura auellanarum.

R. Auellanarum quantitatem quam volueris,& conficias, pro vt de amygdalis tibi monstratum est,& crispas & solidas faciendo, seruando modum in istis, sicut de amygdalis dictum. Auellanę antequam conficiantur debent bene duci in caldario seu bacilone & calefieri, ad hoc quòd subtilis cortex eis adhærens remoueatur. Nam si relinqueretur, saccharum facile ab eis remoueretur.

Confectio Garyophyllorum.

R. Garyophyllorum quantum volueris, exiccentur, mundentur ab omnibus immũditijs, deinde saccharum cum capice forato super eos proijce, bonę satis cocturæ. Quòd si illos asperos facere voles, facies vt inferius de coriandris asperis dicetur, ducendo caldarium semper. Si verò solidos, vt de amygdalis iam dictum est. Ad faciendum cõfectiones bene asperas, debet esse foramen captiæ paruum, & saccharum debet dari æqualiter & vniformiter, & quanto ab alto plus proijcitur tanto melius: nec permittendæ sunt guttæ super eas cadere, illæ enim opus destruunt.

Confectio Cinnamomi.

Cinnamomum à superiori cortice excorticatum per parua fila incidatur, & in calda-

rio ponatur: ac ſaccharum ſupra ipſum proijciatur cum captia parua foramine forato. Et in principio, vt puta per tres manus, ſaccharum ſit leuis coctionis: poſtmodum vſq; ad finem, bonę, caldarium vel peluim ducẽdo huc & illuc ſemper. Nonnulli poſt primã proiectionem ſacchari, aſpergunt dictũ cinnamomum inciſum Zingibere puluerizato, vt fiant magis mordicatiui, & guſtui fortiores: qui modus mihi non placet. Verùm vt mordentes fiant, debent fieri ex bono cinnamomo: nec infundendum eſt in aqua, vt quidam fatui faciunt, vt facilius incidatur: eo quia illa infuſio aufert ſaporem cinnamomi.

Confectio Coriandrorum ſolidorum.

Coriãdri mundi & preparati fiunt ex ſaccharo, ſub quo ponitur ſemen coriandri. Et in principio ferè vſq; ad finem ponitur ſaccharum benè coctum. In fine verò per tres vel quatuor manus exhibetur lenis coctionis, vt maiorem rotunditatem accipere poſſint, fiantq; magis ſolidi. Dicti corriandri benè ſiccandi & fricandi manibus ſunt, & non ſolum in fine, ſed in omni additione ſacchari: eo, quia inde duriores redduntur, nec ita facilê ab humiditatibus denigrantur, & molles redduntur.

Confectura coriandrorum aſperorum.

Semina coriandri ſaccharo, manibus for-

titer

titer tegãtur, fricando quousq; habeãnt mediocrem magnitudinem, dando semper saccharum satis bonæ cocturæ. Deinde accipiatur captia forata paruo foramine in fundo, & saccharo impleatur, & ab alto saccharum dictis coriandris proijciatur super caldariũ, seu peluim, siue bacilonum ducendo sub & supra hinc & inde, & sit saccharum bonæ coctûræ à principio vsq; ad finem, & benè exiccentur ducendo bacilonum, vt supra. Saccharum datur benè coctum, vt asperitas diu durare posit, ac vt tantum similiter nõ adhæreant, quantum adhærerent, si leuiter decoquerentur.

Confectio anisorum.

R. Sem. anisi bene inundatorum lib. ij. & super ea proijce saccharum leuis coctionis in principio, & bene manibus ducantur per bacilonum, quousq; ferè sint cooperta: beneq; exiccentur ad omnem manum sacchari: & hoc cõtinentur vsq; in finem, si solidos anisos facere voles. Si verò asperos, postquam cooperta erunt, da saccharum cum capice forato: & ab alto proijcie, & sit saccharum bonæ cocturæ: deinde duc bacilonum, vt in coriandris asperis dictum est, & hoc facias, vsq; ad debitam ipsorum magnitudinem. Anisi quanto paruiores, tanto pulchriores: & quanto duriores, tanto laudabi-

liores. Duri enim fiunt, & non ſolum aniſi, ſed etiam cæteræ aliæ confectiones, ſi bene ſiccentur ad omnem ſacchari additionem.

Confectio Moſchata.

R. Cinnamomi electi, & contriti ℥.ij.
Moſchi optimi, in paucisſima aqua roſarum diſſoluti ℈.s.

Miſceantur in caldario, ſeu bacilone, & ſuper eis proijce ſaccharum benè coctum, beneq́; & continuè manibus ſaccharum & ſpecies ducantur: & benè exiccentur: & toties hoc fiat, donec ad magnitudinem ſeminis papaueris veniant: in fine dando per duas manus ſaccharum leuis coctionis, vt rotundi fiant. Hæc confectio niſi cum difficultate corpus accipit. Proinde quilibet ſagax & ſollicitus in miſcendo manibus ſaccharum & ſpecies cito eos formare debet: pòſt verò duas vel tres manus ſacchari cribellandi ſunt: à qua cribellatione exeunt Moſchardini magnitudinis acuminis acus: puluis ſeruetur: & alij, qui iam corpus ſumpſerunt expleantur.

Ad ſaccharum rubro colore Tingendum.

R. Ligni braſilij lima in tenuiſsimum ſcobem redacti ℥.j.
Aluminis rochæ ʒ.s.
Aquæ fontanæ ℥.vj.

Braſilium & alumen, miſta & in petia ligata infun-

infundantur in dicta aqua per dies ſex, dein de calefiant ad ignem leuiter, & cū aqua ſaccharum coquatur.

Saccharum, quomodo uiridi colore tingatur.

R. Suci caulium, vel betæ, vel foliorum ireos q.ſ. eſſe videatur, cum quo ſaccharum coquatur.

Ad Saccharum cœleſtino uel nigro colore inficiendum.

R. Indici
Gummi dragacanthæ, ſing. ℥ s.
Vini nigri ℥.vj.

Indicum & gummi, triturentur, & in panno lineo ligentur, & in dicto vino infundantur per dies ſex: deinde calefiat ad ignem cum quo ſaccharum coquatur.

Ad Saccharum glauco colore tingendum.

R. Croci ʒ ij. infundantur in aquæ fontanæ lib.j. per diem & noctem, deinde calefiant: poſtea colentur. & cum dicta aqua ſaccharum coquatur. Vel accipe ſuccum florū naſcentium in paludibus, qui ſunt glauci, quos nonnulli flores acori eſſe exiſtimant: & cum eo quoque ſaccharum: eſt enim glaucum pulcherrimum.

Ad Saccharum Thurchino colore inficiendum.

R. Indici ʒ.ij.

Cerussæ ℥.s.

Calcis viuæ ʒ.j.

redigantur in puluerem, & in petia ligētur, deinde in aquæ fontanæ lib. j. infundantur per diem & noctem: postea similiter ad ignē aliqualiter calefiant, & cum dicta aqua saccharum coquatur.

Ad Saccharum uiolaceo colore tingendum.

R. Succi florum ireos, quantum satis esse videatur, cū quo saccharū coquatur. Quòd si succus haberi nequeat: R. Inciosionum corij violacei, & quo fiunt marsupia, M. j. & pone in aqua dum incipit bullire: & permittatur bullire tribus aut quatuor ebullitionibus: deinde coletur, & cū dicta aqua saccharum coquatur. Hoc etiam modo ex incisionibus rubris, absq; ligno brasilio, saccharum tingi poterit.

De conditura capparorum.

Cappares indes in cacabum aquæ nō feruētis, sed apprimè calidæ: vbi tam diu sines, donec abundantem salsedinem dimiserint. Transferto inde aquam recentem, inq; eam tam diu sinito, quo ad refrigescant. Inde postremo auferens, expressos in patinam repones, infundesq; oleum & acetum non multum. Sunt qui mētham huic edulio addant, nec incongruè id quidem, cum & ad volu-

ptatem

pratem & valetudinē faciat. Hoc enim modo conditi cappares ſiccam ac calidam naturam prę ſe ferunt: neq; paralyſi periclitari eos ferunt, qui eis quotidie vtuntur, non lienis doloribus, non hepate, cum fibras vitalium & præcordiorum aperiāt, humoresq́; glutinoſos ac melācholicos in primis à ſplene abigant, vrinam cieant, lumbricos interficiant, venerem excitent, ac contra venenū theriacæ vim obtineant.

Concretum Amygdalinum in ieiuno.

Amygdalas benè tunſas, ſacchari ℥. ij. & aquæ roſaceæ tantundem addes. Infundes item ex lyco aut tincha parum iuris: ne nimium ſit ſalitum caueto. Tranſmittes hæc omnia per ſetaceum in patinam, ſinesq́; per noctem quieſcere, manè concretum vt lac reperies. Inuolui item, ſi voles, carice & frondibus poterit, atq; inde in patinas trāsferri. Saccharo ſuffundere, & aniſo condire memento. Parum hoc alit, ſtomachum & pectus lenit, hepar iuuat, genituram auget, & ardorem vrinæ ſedat.

Offa inaurata: corpus obeſat, hepar & renes iuuat, uenerem ciet.

Buccellas excauati panis vtrinque parum torreto. Toſtas, ex aqua roſacea, in qua & oua disfracta, & ſaccharum tritum inſit,

mollefacito. Inde exemptas in patella cum butyro vel liquamine latè frigito, ne se contingant. Frictas & in patinam translatas, saccharo, aqua rosacea, croco colorata, conspergito.

FINIS LIBRI TERTII.

D. ALEXII PEDEMONTANI DE SECRETIS.

LIBER QVARTVS.

A IOAN. IACOBO VVECHERO Medico Basiliensi auctus, & in meliorem ordinem digestus.

Oleum capillos cito renascere faciens.

R. Ouorum vitellos, pone in caldario ferreo super prunas, donec comburantur, & oleum quod manat, serua in vase vitreo ad vsum.

Capilli ut renascantur.

Fricetur caput, donec rubeat: deinde liniatur cum adipe anatis & gallinæ per noctē: deinde liniatur cum pice, nitro, mastiche, & ladano

ladano, cum ſufficiente quantitate olei myrtini. Vel accipe ladani p.j. capyllorum veneris p.s. tere cum vino, & vnge.

Vt capilli creſcant.

℞. Panem hordeaceum cruſta, & ſale, & adipe vrſino: tere, ſed prius combure panẽ hordeaceum, & ex tali miſtura vnge locum, & creſcent capilli.

Ad remouendos pilos à quacũq; coporis parte.

℞. Sandarachæ ℥.ij.
Calcis viuæ ℈.iiij.

coquæ cum aqua miſcendo diligenter, & cũ inceperit bullire, aſſume & inũge. Huius experientia erit, ſi pluma vel penna in eo poſita depilabitur. Poſt vnctionem ſtetur in domo balnei, & cum cœperrit ſudare abſtergatur, & cum cadunt pili, lauetur corpus.

Aqua pilos remouens.

℞. Hirundines iuuenes tritas in puluerẽ, miſce cum caſtoreo & pauco bono aceto, & diſtilla.

Vnguentum pilos remouens.

℞. Auri pigmenti ℥.iij.
Calcis viuæ ʒ.j.
Lixiuij fortis q.ſ.eſt.

coquantur, donec pluma immiſſa epiletur.

Vt pili cadant.

Vnge cum cerebro vespertilionis dissoluto cum lacte mulieris: aut fel tauri permisce cum gummi hæderæ, & vnge.

Vnguentum pilos ex Facie remouens.

℞. Succi foliorum cucumeris asinini,
Lactis amygdalarum amararũ, sing. lib. s.
Calcis viuæ
Auripigmentis, sing. ℥.j.

bulliant simul ad ignem, deinde adde galbani emolliti in vino per diem & noctem ℥.s. olei violati, rosacei, sing. ℥.ij. coquantur itẽrum lento igne, aromatizando cum garyophyllis, rosis & nuce moschata, & vngatur in stufa remissè calida, leuiter fricanda. Facies verò depilata epithimatur cum furfure remollito in aqua calida.

Aliud, quod depilat faciem, & illam reddit albam.

℞. Colophoniæ ℥.iiij.
Masticheṡ ℥.j.
Ammoniaci puri ℥.j.

dissolue in vase terreo, benè mundo, & cola bis super aquam frigidam, collige, & malaxa simul, & soluatur parum de eo super ignem, & tepidum applicetur, superdimittendo per horam vel duas, deinde remoueatur, epithemando

mando vt supra cum furfure,

Vnguentum ad casus Barbæ.

R. Iusquiami ʒ.ij.
Stercoris muris ʒ.j.
Polytrichi ʒ.ij.
Olei irini q.s.est.

tere & misce cum oleo, & præfomentando vnge.

Vnguentum auferens pilos, ex quacunque corporis parte.

R. Alba ouorum recentia, contusa,iij.
Calcis viuæ ℥.viij.
Auripigmenti ℥.j.

In his, quæ conteranda sunt, contere, & misce, addeq; tãtum lixiuij, vt pultis crassioris corpus recipiat, & fiat vnguẽtum: hoc, adhibita penna aliqua, inungantur partes pilosę. Quum autem per horę quadrantem inũctæ fuerint, eluatur vnguentum calida aqua, & pili decident. Quòd si non decidant, denuò inungãtur partes, & paulò pòst aqua abluentur calida, & absq; dubio decidẽt. Cæterùm ablatis pilis, loca oleo rosaceo, aut violaceo inungantur, ne qua ratione à prædicto vnguento lædantur.

Oleum, uel liquor, pilos auferens, qui diu seruari potest, cuius est usus commodissimus.

R. Eius herbæ, qua alumen catinum conficitur, quã Itali Sodam appellãt ℥.j.
Calcis viuæ ℥ x.
Auripigmenti ℥.viij.

Quibus contritis, adde tantum lixiuij, vt ad quatuor digitos emineat, coquantur per horam vnã, deinde cum per xxiiij. horas reposita fuerint, fiat colatura, de qua ſumito ℥.iij. quibus adde olei communis, ℥. j. & iterum coquantur, donec conſumptũ lixiuium fuerit, adiuncto moſchi aliquanto, vel (abſumptam aquam eſſe cognoſces, ſi gutta in ignẽ iniecta, non crepitabit aut ſtridebit) zibetti ſi odoratum habere voles. Hoc oleo inungãtur loca piloſa, prius aqua calida optimè lota: deinde cum pauliſper ſic fuerint, abluantur aqua calida: demum pilis ablatis partes oleo roſaceo, vel violaceo, vt prius dictum, illinantur. Illud tamen in primis ſciendum, pilos, luna deficiente eſſe auferendos, præſtareq; oleo vel vnguento aliquo, quàm forcipibus glabrare. Nam cùm vi extrahuntur, cutis aliquo modo læditur, ſanguis attrahitur, pori dilatantur, vnde pilorum ſilua horridior ſuccreſcit. Cæterùm quomodocunq; fiat, ſemper partes oleo aliquo frigido, vt roſaceo, aut violaceo oblinire cõducit. Quòd ſi cutis ex prædictis vnguentis, maximè cũ auripigmento compoſitis, videatur ambuſta, id ſolet euenire, cum non ritè omnia fuerint

rint

rint administrata. Nam aut nimis vehemés fuit, aut diutius quàm par est, loca inuncta fuêre: aut illita antequàm aqua calida abluta essent: aut oleo post refrigerante oblita non fuerunt.

Vt pili non renascantur: uel ut nascantur molles, ut prima lanugo.

Quod difficulter medicamé efficiés, ne pili renascátur, inueniatur, nulla alia de causa fit, quàm quòd plurimi ad hoc, medicamentis frigidissimis, vel siccissimis vtátur: hisq; exiguo temporis spatio loca inungunt: vel obstat naturę vis, quę per suos meatus pilos quasi corporis excreméta solet emmittere: aut vnà cum radicibus cutem amburunt, signatamq; relinquunt. Quas omnes incommoditates vitabimus, si luna deficiéte, vt dictum est, fiat: moxq; partes depilatę oleo rosaceo vel violaceo inũgátur: quo fiet vt pili molliores, debiliores, & tardius renascátur. Quòd si, ne renascátur prorsus obtinere voles, remedijs sequentibus vtitor, quę omniũ optima & certissima sunt, id quod crebra experientia compertum est.

R. Ossium oliuarum combustorum,
Cort. fabarum siccarum
Sem. hyosciami
Litargyrij

Testarum siue ossium tellinarum, combust.

Opij sing.part.j.

Auripigmenti part.s.

Redigantur in puluerem omnia, & superinfundatur tātum olei communis, vel rosacei, donec ad quatuor digitos emineat, deinde coquātur ad ignem per horas duas, aut tres, miscendo continuè, demum cum refrixerit, coletur, & seruetur oleū, cui adde succi chelidoniæ, quartā partem, proportione suprà dictorum. Quando autem vti, voles panno linteo hoc liquore imbuto, & calido loca pilosa foueto per noctem integram, manè pāno remoto, oleo rosaceo inungito, vesperi rursus pannum oleo imbutū, applicato, vt prius per noctē integram. Quòd cum sexies, aut septies factum fuerit, luna decrescēte, & pili renati fuerint, iteretur vt prius, atque sic pro certo habeto, pilos nunquam pòst vllos renascituros.

Plagula auferens pilos ex quacunque corporis parte.

R. Terebinthinæ ℥.ij.

Ceræ albæ rasæ ℥.s.

Belzoini

Styracis calamitæ sing.parum:

Primò ad ignē liquefiat cera, deinde belzoinum, & styrax, demum addendo terebinthi

nam,

nam, cum paruo ceruſſę cõtritę & maſtichis, fiat vnguentum, nec ſpiſſum nimis, nec rarũ. Hoc facto, plagula, quàm latas voles, lineas capito, has ſupra menſam expandito, & cochleari emplaſtrum ſuper eas ponito, vt cooperiantur: atque vbi refrixerint, aliam ſuper aliam collocato: nam cõplicatis, crepat emplaſtrum iam durum. Quãdo autem vti quis volet, prius partes aqua tepida abluat, fricãdo bene panno aliquo, vel manibus, deinde his ſiccatis, ſupra dictarum plagularum vnã, prius optimè calefactam, vt liquida fiat, ſuperponito probè, vt ab omni parte adhæreſcat: demum cum ſic per noctem integram applicita fuerit, auferatur ſenſim, corã ſpeculo, atq; ſic videbis pilos omnes eſſe ablatos, cutemq; glabellã, & pulchrã. Quòd ſi aliquid emplaſtri cuti adhęſerit, abluatur aqua calida, cũ furfure & pãno fricetur, deinde facies aqua vitæ, vel vino albo abluatur, vel melonũ, vel cucurbitarum, vel huiuſmodi. His factis, poterit vti poſtea reliquis aquis, ad faciem, & ſic tanquam ſpeculum lucida erit.

Secretum rarum, quo mulieres nobiles Mauræ efficiunt, ne pili filiabus ſuis ulla in corporis parte, unquam enaſcantur. Hoc autem ſecretum habui in Syria, ab illuſtri quadam muliere, Anno Domini M. L. XXI. *cuius filiam, mania laborantem, perſanaui.*

Frustum aliquod aureum, vel numũ, vel annulum candentem per infantis loca, quę volunt pilis carere, leuiter ducunt. Quo facto, illico oleo rosaceo vel violaceo inungunt. Idem post horas xxiiij. iterant: atque ita pili nunquam redeunt. Quòd si tamen aliqui renascerentur, eos vnguentis, & similibus, & auro candente, vt prius auferũt, & sic nullo modo postea renascuntur. Hoc remedio cũ sępius ad auferendos pilos ex facie vsus essem, semper verum esse comperi. Verùm aurum purum esse oportet. Nam vstio ex auro puro candentẽ, nullum vestigium, aut cicatricem relinquit, quemadmodum cętera metalla. Cæterùm hoc secretũ diutissimè apud me seruaui occultè, & charè, ita vt nemini cõmunicare voluerim, quemadmodũ & alia, quæ in hóc libro scribuntur, à quibus nõ dona leuia habere potuissem. Verùm cũ ætas, amorq; erga homines meus tãtùm valeant, non potui aliter facere, quin omnibus hæc mea secreta communicarem.

Plagula orientalis, qua mulieres utuntur ad Faciem colorandam.

Lana è purpureo pãno detonsa, coquatur in aqua, in qua prius calx viua ferbuerit, quę cum aliquandiu fuerint cocta, fiat colatura, de qua sumito mensuram vnam, cui addito verzini subtiliter incisi ℥. ij. aluminis ℥. j. floris

floris æris ℥.j. gummi Arabici ʒ.ij. misceantur, & coquantur per semihoram: deinde sũmito plagulas linteas veteres, & molliculas, latas, siue angustas, vt lubet, easq; vt colore imbuantur per diem vnum, in vase bene obturato, eiusdem tincturæ, sinito: pòst exemptas inde, in vmbra siccato, & ad vsum reponito.

Alia Plagula perfecta.

℞. Aquæ vitæ mens.j.
Cocci laccæ ʒ.ij.
Verzini ℥.s.
Gummi ammonici ℥.s.

Misceantur, & ponantur in vase aliquo vitreo, non pleno, & coquantur igne admodũ lento, aut etiam ponantur ad solem per dies duos. Quibus factis coletur, immergâturq; plagulæ linteæ, per diem integrum, vt suprà dictum est. Quòd si non satis rubra videantur, coccũ & verzinnũ adijcito. Si verò hæc desint, cocci & verzini laccam sumito: quæ quomodo fiant, in hoc opere docemus.

Vt Barba, capilliue, nigri atq; elegantes fiant.

℞. Gallæ optimæ, in oleo coctæ, absque vstione, deinde tritæ & cribratæ, part.ij.
Ferreti Hispanici, in puluerem redacti part.j.

Lixiuij menſ.j.

Cort. { Mal.granatorum / Nucum / Pineorum }

Myrrhæ

Saluiæ ſing.q.ſ.eſt.

Miſceantur optimè, & coquantur, vſque ad conſumptionem tertiæ partis, vel donec ſatis nigrum appareat, deinde cum capilli, vel barba, lixiuio prius bene fuerint lota, ſubitò inungantur, antequàm frigeſcant. Vbi verò ſic aliquandiu fuerint, abluantur lixiuio, deinde etiam aqua calida, & videbis barbam vel capillos omnino abſq; læſione aliqua venuſtè nigreſcere.

Vnguentum faciens capillos aureos.

R. Medianum corticem ſambuci

Flores geniſtæ

Croci

Vitellorum ouorum, ſing.q.ſ.eſt.

coquantur in aqua, & quod ſupernatauerit, colligatur, & inde capilli inungantur.

Oleum Crines auro ſimiles reddens, & faciem claram & planam.

Sponſam ſolis tritam (alias Solſoſij ſemina trita) pone in lacte mulieris, nutrientis puerum maſculum, decem (aliâs quadraginta) diebus, deinde fac oleũ. Hoc oleum decoctum

coctum cum auro foliato leniter bulliendo per diem vnum, mirabile est. Nam si quis cũ eo lauerit crines, auro similes euadent. Eodem si facies illinatur & fricetur, plana & clara erit, vt angelica videri posſit, cõtinuando per quinq; dies.

Vt capilli aureo colore tingantur.

℞. Paleæ hardij
Corticum glycirizæ
Rasuræ buxi
Foliorum buxi
Croci
Cumini, sing. quã satis esse videatur,
Lixiuij è sarmentitio cinere q. s. est.
coquãtur omnia benè, & fiat lixiuium, quo si sæpius capilli lauentur, maximè flauescẽt, auriq; colorem imitabuntur.

Vt Capilli nigro colore tingantur.

℞. Corticum ficus
Gallæ
Elates
Rubi
Cupreſsi, sing. q. s. est.
misceantur, & fiat lixiuium, quo capilli lauentur.

Linimentum Capillos canos nigros reddens.

R. Myrobalanorum nigrorum.
Myrobalanorum Emblicorum
Gallarum, ſing. p. x
Ladani, p. xx.
Foliorum & granorum myrti, ſing. p. xxx. puluerizata & cribellata infundantur in tribus libris olei per tres dies, deinde coquantur, donec inſpiſſentur, & cum eis liniantur radices capillorum.

Aqua Capillos longos, flauos ac ſplendidos, & faciem elegantem reddens.

R. Lardi quantũ volueris, radendò, quàm minutiſsimè cõſcindes, deinde in pila marmorea contundes, vt paſtam ſubactam referat. Hac in alembico deſtillata, liquorem album colliges, quo pilos & faciem inunges.

Oleum Capillos flauos tingens.

R. Olei mellis,
Olei ouorum, ſing. part. j.
miſceantur, quo capilli inungantur.

Ad capillos flauo colore tingendos.

R. Cort. exteriorum nucis
Cort. interiorum ipſius arboris, ſing. q. ſ. eſt.
coquantur in aqua, & cum ipſa aqua alumen diſtemperetur, & gallæ, & cum iſtis diſtemperatis caput prius lotum linias, folia ſuper ponen-

ponendo,& cũ fascia ligando per duos dies poteris sic colorare. Et pectina caput, vt quod capillis adhæret, táquam superfluum recedat. Postea appone tincturam de croco orientali sandalis, alcanna, cuius maior erit pars distemperata cum decoctione brasilij, & sic remaneat per tres dies, & quarta die ab luatur cum aqua calida,& nunquam de faci li remouebitur.

Ad capillos crispandos.

Radix ebuli teratur cum oleo, & inde caput vngatur, & cum folijs eiusdem superligetur caput.

Ad capillos spissandos.

R. Agrimoniæ
Corticum vlmi
Radicum verbenæ
Radicum salicis
Abrotoni
Sem. lini, combusti,& triti,
Radicum cannæ, sing. q. s. est.
misceantur omnia,& coquantur in lacte caprino, vel aqua, & ablue inde locum prius rasum.

Ad capillos longos faciendos.

R. Radicis altheæ, q. s. est, teratur cum axungia porcina,& diu bulliant in vino: po-

ſtea apponatur ciminum bene tritum, & maſtix, & vitella ouorum bene cocta, parum ſimul miſcendo: & poſtquam cocta fuerint, fiat colatura per pannum linteum, & dimittatur, donec infrigidetur deinde pinguedo ſupernatans accipiatur, & inde caput benè ablutum vngatur.

Vt capilli longi & nigri fiant.

R. Lacertam viridem, & remotis capite & cauda, coquæ in oleo communi: & tali oleo inunge caput.

Ad tollendos furfures capitis.

Furfures capitis auferuntur ſola decoctione foliorum ſalicis viridium, vngendo, poſt ablutionem cum oleo violato, aut cum decoctione bliti albi, lupinorum & fœnigræci, ſeminũ melonis, & ſem. altheæ, ſed aqua foliorum ſalicis eſt ſuprema.

Vnguentum ad pediculos, & lendes.

R. Olei communis ℥. iij.
Ceræ ℥ j.
Staphiſagriæ
Argenti viui, extincti cum ſaliua ieiuni, ſing. ʒ. iij. fiat vnguentum, quo vngatur loco ſaponis, quãdo caput lauatur.

ALIVD.

R. Sandarachæ

Nitri

Nitri sing. ʒ.j.
Staphisagriæ ʒ.ij.cum aceto & oleo
Confice & vnge.

Aqua odoris præstantißimi, ad Faciem, quā sudaria imbuta, atq; ad tergendam faciem adhibita, reddunt cutem albam, coloratamq;: quantoq; plus fricatur, tanto uenustior redditur, seruant autem eam uim sudaria per menses sex, ut experientia docuit.

℞. Aluminis loti & vsti lib.j.
Vini cretici non dulcis mens.ij.
Pastæ chrysocollæ ℥.vj.
Tragacanthi albi lib.j.
Gummi Arabici ℥.iij.

Infundantur omnia in vino Cretico per biduum, donec liquescant, in vase optimè obturato, ne quo vis modo exhalare queant, addendo mēsuras duas lactis caprini. Deinde sumito:

Argenti viui sublimati, calcinati in fornace, bene clausa, ℥.ix.
Cerussæ Alexandrinæ, sine plumbo, primò in panno lineo, cum oui albo inuolutę, deinde in lixiuio coctæ, vsq; ad consumptionem tertiæ partis, lib.ij.
Mellis crudis & albi lib. ij.
Terebinthinæ Alex.lotæ lib.iij.
Aceti distillati pocula iij.

Zingiberis, in puluerẽ contriti, ℥. vj.
Coquantur ſimul cum aceto, donec tertia pars fuerit abſumpta. adde,

Myrrhæ contritæ ℥.iij.
Lithargirij contriti, & in tribus poculis vini albi, cocti vſq; ad conſumptionem tertiæ partis, ℥.iij.

Miſceantur continuè per horas ſex. Quibus omnibus factis, addantur cochleæ abſq; teſtis n°. 50.

Caphuræ ℥.j.
Gallinam pinguem deplumatã, atq; in partes ſectam
Arantiorum mundatorum à cortice, & ſeminibus. n°. ij.
Limoniorum mundatorũ, à cortice & ſem. n°. xij.
Alba ouorum ad duritiem cocta, & cũ cinnamomo ſubacta n°. xxv.
Sacchari candidi ℥.vj.

Miſceantur omnia, & ponantur in cucurbitam vitream, diſtillenturq; in balneo Marię. Et ſic prima aqua, quæ exit, erit alba, ſecunda albior, tertia albiſsima: quæ per ſe poſita, miſceatur poſtea cum vltima, atque cum iterum confecta fuerit, ſeruetur, & erit optima, excepta media, quæ omnium eſt ad faciem venuſtandam præſtantiſsima. Quòd ſi ſtrophiola, vt ſupra dictum eſt, conficere voles, ſumito ſtrophiola, non valde ſubtilia, quæ

cum

cum in catino posita fuerint, aqua ista cooperiantur, relinquanturq; sic per horas sex, deinde distendantur ita, vt aqua rursus in catinum defluat: & cum iam bene fuerint exiccata, denuò in prædictam aquam immittantur, vt antea per sex horas, & exiccentur. Quod cùm septies factum fuerit, rem confectam habebis ad faciem, vel ipsis dignam Reginis.

Aqua, Cutem, ex pallida, coloratam reddens.

Sumito pullos columbinos, albos, hos diebus quindecim nucibus pineis pascito, deinde eos aperito: capita, pedes, intestinaq; abijcito. His peractis:

℞. Panem dimidium
Aluminis zuccharini q.s.
Foliorum auri n°. 500.
Argenti n°. 300.

Medullas panis candidissimi, in lacte amygdalarum dulcium mollitas, n°. iiij.
Medullæ vituli, aut bubuli, aut axungiæ porcinæ recentis, lib. j.
Misceátur omnia, & destillentur, & habebis aquam perfectissimam.

Aqua ad Faciem cōmendandam, ita, ut mulier, ea utens etiam natu grandior, non uideatur excedere annum uigesimum, aut uigesimum quintum.

Sumito pedes vituli duos, & in libr. xviij.

aquæ fluuialis, coquito vsq; ad consumptio nem medietatis. Deinde adde:

Orizæ lib.j.
Medullas panis in lacte mollitas, n° j.
Butyri recentis lib.ij.
Alba ouorum cum cort. n°. x.

Misceantur omnia, & coquantur, deinde distillentur, quousq; omnis aqua exierit, cui deniq; adde, caphuræ, aluminis zuccharini, sing. parum, & erit optima.

Aqua ad Faciem, & alias corporis partes commendandas.

R. Chrysocollæ, siue boracis ℥.ij.
Aluminis { Rupei, Scissilis, Squamosi } sing. ℥.j.
Caphuræ ʒ.ij.

Redigantur in puluerem singula, deinde misceantur, ponanturque in phialam vitream, quam, aqua fontana repletam, diligenter obturabis. His factis, ponatur ad ignem per horas duas, deinde auferatur, & cum refrixerit, ponatur in aliam phialam, addendo duo alba ouorum recentium, bene cum omphacio agitata, misceantur, sintq; in sole per dies viginti, & habebis aquam perfectissimam.

Aqua Cutem reddens albam, solisq; adustionē auferens.

R. Aquæ

℞. Aquæ pluuiæ
Omphacij, ſing. menſ. dimidiam

Coquantur ſimul, vſque ad conſumptionē medietatis, deinde inter bulliendū, addito ſucci limoniorum tantum, quãtum bulliendo antea euanuit, demum cum cocta ſatis fuerint, auferantur ab igne, addanturq́; ouorum recentium alba, concuſſa, n°. iiij. poſtquàm deferbuerint, ſeruetur ad vſum.

Aqua, quæ reddit Faciem iuuenilem, ita ut quintū decimum annū mulier non uideatur excedere.

℞. Sulphuris viui ℥.j.
Olibani albi ℥.ij.
Myrrhæ ℥.ij.
Ambræ ʒ.vj.

Redigantur in puluerem ſingula, deinde miſceantur addendo aquæ roſarum lib.j. & diſtillentur. Aqua deinde in vaſe aliquo obturato erit ſeruãda, qua ſi quis vti volet, veſperi, cum itur cubitum, hac lauet faciem, deinde manè lauet faciem aqua fontana, & erit facies venuſtiſsima.

Aqua Facilis, ad idem.

℞. Alba ouorum recẽtium, concuſſa bene, n°. viij.

Colentur, quibus deinde addde:

Aluminis { Zuccharini
Squamoſi

Chryſocollæ ſiue borracis
Caphuræ ſing. ℥.j.
Aceti ℥. viij.
Aquæ florum fabarum ℥.ij.

Conterantur omnia, & miſceantur, deinde ponantur in phialam aliquam vitream, obturatam, ad ſolem per dies quindecim, miſcendo quotidie bis, aut ter. Hæc aqua cum poſtea in aliam phialam fuerit iniecta, ea vti poteris hoc modo. Lauetur primò facies, deinde paulò pòſt fricetur facies purpureo. Hac quidem aqua, ſi vtẽtur mulieres, etiam ſexaginta annos natæ, facies earum ita reddetur venuſta, vt videantur annorum quindecim.

Medicamẽ faciei aliud, ſplendidum, & quauis Regina dignum.

Sumito malum limonium magnũ, in ſuperiori parte paululum inciſum ita, vt carnis ſuccoſæ inſtar nucis, extrahi queat. Deinde ſaccharo candido, vnà cum ſex auri folijs impleto, clauditoq; rurſus foramen, operculo ſuo, acicula infixa, ne decidat. Quo facto inter prunas rectũ collocato, ne effluat: dumq; ebullit, reuoluito, donec aliquandiu ſudauerit, mox ab igne auferto: cumq; vti voles, digitum in foramẽ inferto, faciemq; panno lineo, ſubtili, fricato, & eſt res optima.

Ad

Ad maculas Faciei, probatum.

R. Farinæ lupinorum
Fellis capræ
Succi limoniorum
Aluminis zuccharini ſing. q. ſ. eſt.

Miſceantur, & fiat vnguentum, quo inungā-tur pani, cùm cubitum itur, & ſanabitur.

Modus parandi aquam, ſeu lacrymam uitium.

R. Florum vitrorum ℥. j.
Aluminis { Rupei ℥. j. / Zuccharini }
Chryſocollæ ſing. ℥. ij.
Caphuræ ℥. j.
Aquæ vitium menſ. j.

Miſceantur omnia, & ponátur ad ſolem per menſem vnum, & ſeruentur.

Aqua ad faciem illuſtrandam.

R. Pineorum viridium, mundatorum, & inciſorũ, quãtum ſatis eſt, ponantur in lacte per dies tres, quotidie addendo nouum lac, deinde cum ſequentibus rebus diſtillentur, quæ ſunt huiuſmodi.

R. Vitri contriti ℥. iiij.
Coral. rub. ℥. iij.
Sacchari candidi ℥. iiij.
Aluminis ℥. j.

Miſce & fiat puluis. Deinde:

R. Argẽti viui, cũ ſaluia mortificati ℥. j. ß.

Oua recentia, vnà cum corticibus, rũpta, & concussa n°. xij.
Terebinthinæ, nouies lotæ, ℥. iiij.
Cochleas marinas, candidas, quas vẽdunt suffitores ℥.ij.
Cochleas terrestres, n°.50.

Contundantur singula, & misceantur, deinde pars aliqua ponatur in cucurbitam vitreá, deinde pars aliqua pulueris, post pars terebinthinæ, demum pars cochlearũ, aliud super aliud ponẽdo, donec cucurbita sit plena. Postremò addito vini albi mensuram vnam, & distilla igne lento, & seruetur in vase vitreo. Hæc autem aqua cutẽ reddit albam, splendidam, etiam si rugosa fuerit.

Aqua melonũ alborũ, ad Faciem illustrandam.

℞. Melones albos, à corticibus mundatos quot opus erit: eosq́ue in frusta, vnius digiti crassitudine, secato. Deinde:

Aluminis { Zuccharini ℥.iiij. / Vsti ℥.j. }
Argenti viui mortificati ℥.j.
Cochlearum marinarum alb. ℥.ij.
Terebinthinæ lotæ lib.j.
Oua recentia, & cum cort. contusa, n°. xij.
Limoniorum alb. in frusta incisorum quantum volueris.
Sacchari ℥.iiij.

Lactis

Lactis caprini
Vini albi ſing. menſ.j.

Hæc omnia ponantur in cucurbitam vitreã, aliud ſuper aliud, vt antea dictũ eſt: deinde diſtillentur igne lento, donec aqua omnis exierit, demum ſeruetur in vaſe vitreo, ad vſum, & erit optima. Similiter parãtur aquę, ex anguineis cucurbitis, ex rubi cimis, & floribus, nec non ex floribus fabarum, & maluæ, & labruſcarum, & ſimilium.

Aqua Cucurbitarum perfecta.

R. Cucurbitas, à corticibus mundatas, & in partes rotundas inciſas, quot volueris

Aluminis { Zuccharini ℥.vj.
Sciſsilis ℥.j.

Myrrhæ ʒ.j.
Terebinthinæ lotæ lib.ſ.
Oua recentia & contuſa n°. iiij.
Limonia inciſa, n°. vj.
Cochlearum, quantum volueris
Vini albi menſ.j.

In puluerẽ redigenda, redigãtur, & miſceantur, faciendo ordinem primum ex ſaccharo, deinde ex pulueribus, tertiũ ex cochleis, demum ex vino, limonijs & ouis, atq; ſic igne lento diſtillẽtur, donec omnis aqua extracta fuerit, poſtea ſeruetur in vaſe aliquo vitreo, per dies octo, aut quindecim. Similiter fit etiã aqua ex cucurbitis marinis, omni tẽpore.

Pulcherrimum ad Faciem, generans cutem nouam, & pulcherrimam.

R. Oua recentia n°.iiij.

Ponantur in aceto per dies octo, donec ita mollescant, vt corticem, vnà cum vitellis, dextrè, manibus separare possis, deinde ponantur in scutellam vitreatam, addendo:

Terebinthinæ lotæ
Sacchari candidi
Caphuræ
Floris æris
Aluminis sing. quantum sex obolis emi potest.

Quibus redactis in puluerem, sumito:

Argenti viui cũ saliua, vel succo limõniorum macerati quart. ij.
Olei tartari ℥.iiij.

Cæparum liliorum, in vino coctarum, deinde per linteum expressarum n°.i. quibus mistis omnibus, vnà cum ouorum vitellis, bene contusis, cum succo limoniorum duorũ, mane & vesperi, inungatur facies, collum, & pectus, deinde cum per se siccata, sicque per octo dies relicta fuerint, sequenti medicina auferantur, quæ huiusmodi est:

R. Furfuris
Maluæ
Matris violarum
Corticum fabarum

Medullæ

Medullæ panis ſing.q.ſ.eſt.

Mellis non deſpumati, non ita parū. Miſceantur & tandiu coquantur, in ſatis copioſa aqua, donec ea tactui appareat molliſſima, deinde auferatur ab igne, atque in vas anguſti oris effundatur, vt fumum, tāquam ex vaporario, facies in eum prona, ad ſudorem vſque recipiat. Quando autē probè ſudaueris, ſumito medullā panis, in prædicta aqua, ſed prius colata, imbutam, cum qua faciem, & partes omnes, eo medicamine illitas, confricato leuiter: quoniā cutis illa noua admodum ſubtilis eſt. Quum verò facies à prædicto vnguento purgata fuerit, ſubitò aqua ſimplici lauetur, & ſiccetur, ac rurſus lauetur aqua aliqua diſtillata, in qua nihil erodens ſit, quater aut ſexies. Quòd ſi fortè fortuna aliquid vnguenti eſſet relictū in facie, vel in alijs partibus, partes, ſupra dicta medulla panis fricentur, aut panno aliquo linteo, in aqua diſtillata immerſo, & ſic videbis primam cutem aſperam, & craſſam, eſſe mutatam, & nouam, id eſt, pulcherrimam & tenuem reductam. Verùm cauendū, ne quis antè dies octo exeat, neq; in aere degat, neq; etiam ad ignem accedat, ne cutis admodum ſubtilis comburatur, vel corrumpatur.

Oleum ad Faciei naturalem, ſed nimium ruborem diluendum, experimento comprobatum.

R. Sem. malorum Persicorum ℥. iiij.
Cucurbitarum ℥. ij.

Contundantur, & fiat oleum, quo inũgatur facies, mane & vesperi, & faciei rubor ille extinguetur.

Aqua ex talco, perfectißima, ad Faciem.

R. Talci foliati subtiliter. lib. j.

Redigatur in puluerem, cum pauco oleo amygdalarum dulcium, addendo salnitri cõbusti, lib. ij. quibus mistis & in ollam positis, in fornace reflexa relinquatur per dies quatuor. Quod cũ factũ fuerit, dissoluãtur omnia in aqua calida, & colentur, donec salnitrum omne exierit. His factis, talcum exiccandum erit, atque in pãno lineo vel laneo, in pilæ formam inuoluendum, & luto diligenter obducendum, deinde in ollam aliquam, tartari crudi, leuiterque contriti, plenam, in medio exquisitè sepeliẽdum. Quod cum factũ erit, ponatur in fornace reflexa, per dies quindecim, aut viginti, & inuenies tartarum album cum talco, in medio sistente: quod auferatur, atq; in puluerem conteratur: deinde cum in aqua vitæ dissolutum fuerit, extrahatur aqua per decantationem, demum talcum exiccetur, atque sic in oleo humido, ad dissolutionem vsque maneat, & sic resoluetur in aquam, lacti similem, preciosissimã.

Va-

Vnguentum argẽteum, reddens Faciem albam, rubram, splendentem, quo utuntur mulieres nobiles in Italia, non quidem omnes: quoniam non omnes hoc rectè norunt.

R. Argenti sublimati, in mortario lapideo contriti, ℥.iiij.
Argenti viui, in singulas vncias sublimati obolum j.

Misceantur, & ponantur in aceto optimo, per dies octo, deinde in aliud vas ponito, acetũ aliud recẽs infundito, & coquantur simul aliquantulum. Quibus factis, eximatur argentum viuum ex aceto, ponaturq; in scutellam, vnà cum aliquãtulo medullæ panis, contundantur optimè simul, donec clarum & purum argentum euadat. Deinde cum panis medulla sufflando abiecta, argentumque viuum purum remanserit, misceatur cũ prædicto sublimato, agitando omnia bene manu, tandiu, donec candidum, vt nix euadat. Quod cum factum fuerit, ponatur in aquam feruentem, misceatur optimè: cumq; sic aliquandiu fuerint relicta, auferatur aqua diligenter (quæ ad scabiem optima est) atq; rursus alia ferueñs superinfundatur, lauando vt prius. Vbi verò quater aut quinquies sic lotum fuerit, sumito margaritas candidas, xv. folia auri contriti, vel argenti n°. v. caphuræ, chrysocollæ, talci combusti, sing. parum. Mi-

ſceantur probè, relinquantur ad ſolem, per dies quadraginta, miſcendo quotidie per ſemihorá. Quibus tranſactis, accipito oua recentia, ad ignem calefacta iiij. frangantur, & lac illud, quod in ſe continent, miſceatur ſupra dictis, quibus etiam addatur tantùm ſequentis aquæ diſtillatæ, quantum ſatis eſſe videatur. Aqua autem hujuſmodi eſt. R. Limonia matura aliquot, & cortice flauo ſubtiliter detracto, in partes ſubtiles aliquot ſecabis, oua recentia cum corticibus contuſa xij. terebinthinæ ℥. ij. miſceantur & ponantur in cucurbitam vitream, & diſtillentur igne perquàm lento, donec vna menſura aquæ exierit. Cùm hac aqua confundatur, & temperetur præcedens compoſitio, & ſeruetur in phiala vitrea; loco frigido, bene obturata. Quando autem vti voles, abluito prius faciem bene, deinde inungito, atq; ſic relinquito, donec ſiccetur. Quòd ſi ruborē quoque addere velis, quam appellant peciam oriétalem, adhibito, rubricámue ex teſtis Valentinis, vt inferius docebitur.

Quomodo ſupra dicto unguento argenteo, cādor ſiue ſplendor, colorq; addi queat.

R. Vitella ouorum recētium, contuſa, xij. ponātur in cucurbitam vitream, & diſtillentur igne lento, aliquātulo moſcho in fine roſtri poſito, donec aqua omnis emanarit, qua cum

cum bombyce in ea intincto, faciem lauato, quę cum exiccata fuerit, pulcherrima erit.

Ad faciem, unguentum aliud.

Summe omentũ agni pinguis, & pone in aquam frigidam per dies sex, aut octo, mutãdo quotidie quinquagies, deinde cum in minutas partes incisum fuerit, coquatur aliquãdiu in aceto albo, cum caphuræ ʒ. j. in vase aliquo vitreato: demum pingue illud supernatans, cum panno aliquo linteo subtili auferatur, cui adde olei tartari ℥. ij. misceatur ad ignem, deinde reponatur in loco aliquo humido, per diem & noctem. Quibus adde, chrysocollæ lotę, & contritæ, ℥. j. cerussæ lotæ, ℥. j. s. misceantur bene ad ignem, deinde facie inuncta, facias colorem rubrum cocco tinctorio & verzino: quod quidem melius est, quàm solo verzino conficere.

Rubrica ad faciem.

R. Sandali rubri, contriti.
Aceti fortis bis distillati sing. q. s.

Misceantur, & coquantur igne lento, addendo parum aluminis, & habebis rubricã perfectissimam. Quòd si odoratum facere voles, adde parum moschi, aut zibetti, aut alterius odoris.

Ad Faciem uenustandam.

R. Fabarum

Faſeolorum
Cicerum ſing.q.ſ.eſt.

Redigãtur in puluerem,addendo alba ouorum,lac aſini,aquam, & cum miſta fuerint ſimul,ſiccentur. Quando autem vti voles,cõtemperẽtur aqua,qua ſi facies lauetur,ſplendida & venuſta fiet.

ALIVD.

R. Florum fabarum,recentium,quantum ſatis eſt,diſtillentur, quouſque omnis aqua exierit,qua lauetur facies.

Aliud probatum.

R. Florum roſmarini, quantum volueris coquantnr in vino albo, quo facies lauetur. Poteſt etiam bibi, anhelitum enim ſuauem reddit.

Ad maculas faciei,qua Pannas uocant, faciemq; pulchram reddendam.

R. Aluminis contriti,quantũ ſatis eſt, album oui vnius,recentis,miſceantur, & ferueant ſemel,miſcendo continuè, hoc inungito faciem,per duos aut tres dies, & cutem pulchram efficies.

Aqua faciem dealbans

R. Lithargyrij
Argenti viui ſublimati ſing. quantũ obolo emi poteſt.
Aceti albi,optimi,q.ſ.eſt.

Coquan-

Coquantur ad ignem, donec pars tertia con sumpta fuerit, coletur, addaturq; lactis succi arantiorum, olei tartari, sing. q.s. esse videtur & seruentur ad vsum.

Ad faciem aliud.

R.
Fellis { Leporis, Gallinæ, Galli, Anguillæ }
Mellis sing. q.s.est.

Misceâtur, & ponâtur in vas aliquod æneũ, obturatum, quo inungatur facies ita, ne oculos ingrediatur: nam inde læderentur.

Ad faciei lentigines.

Sumito lacertas viuas, virides, quas in oleo coquito, vsq; ad consumptionem tertiæ partis, deinde coletur, addaturq; aliquantulum ceræ albæ, & fiat vnguentum, quo sæpius inungatur facies.

Ad serpiginem faciei, uel alterius partis.

Accipito radices rumicis, lotas, in partes subtiles incidito, quæ cum in aceto albo per duos dies, relictæ fuerint, fricentur inde serpigines, ter aut quater in die, reponendo radices in acetum: & liberaberis.

Ad Pediculos.

R. Olibani
Lardi porcini sing. q.s. videtur.

Coquantur simul in vase vitreato, & fiat vnguentum, quo inungatur pediculorum locus, & sanabitur.

Aqua delens omnes maculas in manibus opificum, atq; manus albas, & molles reddens. Valet etiam ad solis ustionem.

R. Succi limoniorum q.s.est.
Salis communis, parum,

Misce, quò manus lotæ, & per se exiccatæ, aqua lauentur, & delebit maculas omnes. Valet præterea ad scabiem.

Aqua Faciem uenustißimam reddens, eamq; ut balsamum conseruans.

Sumito corui pullum ex nido, vel si ex nido haberi nequeat, iuuenem tamẽ, cui per dies quadraginta vitella ouorum, ad duritiẽ coctorum comedenda dato, deinde necatum, plumis nudatũ, in frusta secato: mox sumito folia myrti, atque in cucurbitam vitream latam, & depressam ponito, primò ordinem ex folijs faciendo, deinde etiã ex carne corui: postremò addito talci contriti, cum oleo amygdalarum dulciũ, quãtum voles. Quòd si quid carnis coruinæ reliquum esset, ex eis alius fiat ordo, deinde ex myrti folijs, postremò ex talco contrito. In fine adde etiam olei myrrhę, in ouo parati, vt in hoc libro docetur ℥.iij. aut iiij. deinde alembico superposito,

ſito,ita,ne vllo modo expiret,diſtillētur, pri mò quidem igne perquàm lento, quatuor aut quinq; horis,deinde vehementiore, demum vehementiſsimo, donec aqua omnis exierit: quæ ſi ignis ſatis hubuerit, flaua erit aut rubra. Aqua autem diſtillata, in cucurbita vitrea reponenda erit,in eaq; florum roſmarini lib.s.aquæ vitæ poculum dimidium infundendum:rurſusq; ne quouis modo exhalare queat,diſtillanda. Verùm aliquantulum belzoini albi in fine roſtri, & principio vaſis recipientis,adligabis: quæ cum omnis diſtillata fuerit,ſeruanda in phiala, optimè obturata,in loco aliquo frigido.Hæc autem aqua eſt nobiliſsima,pretioſiſsimaq;, ad illuſtrandam faciem,& carnem conſeruandam. Quando verò hac quis vti volet,prius facies aqua fontana diſtillata lauanda erit, deinde panno purpureo,in prædicta aqua intincto, fricanda non ſolùm facies, verùm etiam pectus,collum,& aliæ partes.Quo facto,mulierem ſupinā pauliſper cubare oportet,& pannum ſupradictum,in aqua intinctum aliquā diu ſuper faciem habere. Hoc quidem fieri poteſt ſeptimo quoque die, vel etiam ſemel in menſe: reliquis verò diebus,vti poterit alia quapiam aqua ad faciem,vt aqua ex fabarum floribus, cucurbitis, melonibus, fraxinella,liliorum radicibus,vel ſimilibus, excepto argento ſublimato,& ceruſſa. Et ſic fa-

ciem pulcherrimam iuuenilemq́; in multos annos conseruabis.

Aqua nobilissima ad faciem, collum & pectus, cuius magna copia parari potest. Quoniam quò magis inueterascit, eò etiam melior euadit. Hac aqua omnes possunt uti mulieres, quoniam faciem pulcherrimam reddit, dentibus illæsis, ita, ut nō arte, sed natura formosa uideatur.

℞. Columbarum pullos n°.ij,
Carnis vitulinæ lib.ij.
Sem. cataputiorum, à cort. mundatorum, ℥.iiij.
Pineorum nuc.
Amygdalarum dulc.
Amygd. amararum
Rad. liliorum alborum
Cæruleorum
Fabarum contusarum, & mundatarū
Fellis bubuli
Rad. serpentariæ
Fraxinellæ, sing. q. s. est.
Limonium vnum, purgatum, & incisum,
Medullæ panis albi, in lacte madefactę
Gūmi ammoniaci, in aceto liquefacti,
Florum ligustri sing. q. s. est.

Misceantur, & distillentur igne lento, ponēdo aliquátulum moschi, & belzoini albi, circa prin-

ea principium colli vasis recipiētis, vt aqua stillans odorē sumat, deinde seruetur in vase vitreo, probè obstructo.

Aqua rubra, ad faciem uenusto rubore pingendam, multos dies colorem in facie conseruans.

Sumito alba ouorum ad duritiem cocta, nº. xxv.

Lactis ficuum, poculum vnum, vel si lac desit, sumito ficuum paruorum, immaturorum, ac incisorum, quātum satis videbitur: misceantur, & distillentur. Aqua autem hæc cutē per se albā reddit, quā si rubrā efficere voles, addito in singulas aquæ mensuras:

Aluminis scissilis, contriti ℥.ij.
Cocci tinctorij, quo lana cōficitur ℥.s.
Cocci, quo sericum tingi solet quod chermesinum vocant. ℥.ij.

Misceantur & ponātur in phialam vitream, bene clausam, in fimo, vel in aqua calida, nō feruente, per dies octo, deinde eximantur, colenturq́;, & exprimantur optimè. Quibus factis, addatur rursus tantumdem aluminis, vt prius, cocciq́;, & similiter in fimo, vel aqua calida, per dies octo ponantur, & rursus, vt prius colentur. Quod cum ter factū fuerit, adde gummi Arabici ℥.s. si aqua fuerit mensura vna, & relinquatur per dies octo, in loco calido, vt antea, deinde coletur, & seruetur,

& habebis aquã rubram, omnium optimam pulcherrimamq́;. Quòd si quis hac vti volet, inungat faciem panno, vel serico purpureo, fricando aliquãtulum, vt aliquo modo penetret ad interiora: huic aquæ possunt etiam adiungi odores. Quòd si in fimo, vel aqua calida phialam ponere noles, ponas ad ignem lentum, per diem vnum, ita vt non ferueat, deinde coletur, fiatq́; vt suprà est dictum.

Alia facilior, ac pretij minoris.

Sumito glutinis piscium, in vino albo, per quinque, aut sex dies liquefacti, ℥.ij.

Ligni brasilij * Verzini optimi, minutatim incisi, quantum satis est, & ponatur in aqua fontana, donec remollescat, deinde misceantur, & coquantur igne admodum lento, donec satis esse videatur: quod agnoscitur super carta posita, si eum colorem habeat, quẽ optas. Quæ cũ satis cocta fuerit, antequàm tamen ab igne auferatur, addatur:

Aluminis contriti ℥.j.
Gummi Arabici ʒ.ij.

Misceantur, deinde ablata aqua ab igne, seruetur in aliquo vase, optimê obturato. Mulieres pauperes coquunt verzinum per se in aqua, vel in vino, addendo aliquãtulum aluminis, gummi Arabici, donec ad perfectionem coquantur. Quædam verò ponunt aliquantum

quantum ſandali rubri, in vino, vel aqua vitæ, per noctem vnam, & non coquunt: deinde aquæ, vel vino colato, nouos ſandalos adiungunt, parum aluminis, prout color eis arridet.

Vnguentum ad faciem.

R. Talci contriti
Stanni contuſi & loti, ſing. quantum volueris.

Miſce, & pone in ollam, luto obductam, in fornace figuli, vel vitrearij, per dies duos, aut tres, ad comburendum. Quod cum combuſtum fuerit, extrahetur, & cum aqua ficuum conteratur, vel aceto diſtillato, vel aqua columbarum, vel ſimilibus acutis, & viſcoſis.

ALIVD.

R. Salnitri
Talci combuſti
Stāni contriti ſing. quātum volueris.

Et cum cornu teſtaceo, vitreato, ſpiritum extrahito, quemadmodum paulò inferius docebitur, deinde vt ſuperius, in aqua vitæ, vel aceto diſtillato, diſſoluito.

Aqua uel lixiuium, reddens capillos flauos, atq; aurei coloris.

Sumito cortices, aut fruſta vitioſa rhabar

bari, atq; in vino vel lixiuio ponito, tandiu, donec mollescant: deinde cùm hoc lixiuio caput lotum fuerit, cum spongia vel panno tingantur capilli, deinde siccentur, vel ad solem, vel ad ignem. Quod cum sępius factum fuerit, reddet capillos absq; capitis læsione pulcherrimos.

Lixiuium ad lauandum caput, quòd non solùm cerebrum & memoriam iuuat, uerùm etiam capillos longos, flauos, & lucidos reddit.

R. Lixiuij communis tantum, quantũ decies eo caput lauari posſit, cui infunde

Cortices { Arantiorum dulcium x.
Mali citri quantum haberi poteſt }

Florum chamæmillæ
Foliorum lauri ſing. m. j.
Capill. Veneris. m. j.
Agrimoniæ. m. s.
Paleæ hordei inciſæ, m. ij. aut iij.
Lupinorum aridorum m. j.
Fœni græci m. ij.
Tartari vſti vel non vſti lib. s.
Florum ſpartij m. iiij. aut v.

Miſceantur omnia cum prędicto lixiuio, ponantur in vas aliquod magnum, & ſeruetur ad vſum. Hoc lixium quantò plus inueteraſcit, eò

ſcit, eò melius quoq; euadit, niſi quòd quinque, aut ſex menſibus elapſis, flores, herbæ, & alia recentia addenda ſunt. Quum hoc lixiuio vti voles, ſumito parum ex vaſe, atque in alio vaſe calfacito: addeq;, ſi lubet, aliquátulum myrrhę, & cinnamomi, & ſic erit optimum, beneq; faciet capiti, & oculis: prætereaq; capillos illuſtrabit.

Lixiuium, capillos nigros reddens.

R. Lixiuij communis q.ſ.eſt.
Foliorum betæ m.j.
Saluiæ m.iij.aut iiij.
Myrrhæ
Foliorum lauri
Cort.nucum viridium, ſing.q.ſ.eſt.

Miſceantur, & coquátur, quo lauetur caput Verùm facies, & collum non multum fricentur, ne nigra fiant, quanuis cutem nõ ita tingant, vt capillos: deinde in fine abluetur facies, & collum lixiuio ſimplici, vel aqua pura, vel etiam vino.

Oleum, capillos flauos, longos, ſplendidos, ut aurum reddens, quo quotidie quis uti poterit.

R. Olei ſeſamini, menſuram j. vel ſi deſit, olei communis, nec antiqui, nec viridis, ſed flaui.

Florum spartij, mundatorum & cõtũ-
sorum, ℥.iij.
Sem.liliorũ alborum, croci colorem
habentium, ℥.j.
Curcumæ ʒ.ij.
Croci ʒ.s.
Cinnamomi
Belzoini
Moschi
Zibetti sing. parum

Misceantur omnia, & ponantur in phialam aliquam vitream, ad solem, per æstatem integram: nam quò plus steterit, eò melius. Poteris tamen interea eo vti, & quantum acceperis, tantũ olei supradicti reponere. Nam quæ infusa sunt, per multos annos durant, vel etiam si voles, recentes species adiungere, prout opus esse videbitur. Hoc oleo pecten inungendum est: mox capilli ad solem pectendi: aut caput pexum, calfacto velo tegendum, ita, vt ne velo caput prematur, sed leuiter tegatur. Et est oleum planè Reginarum, quo nihil ad hanc rem aptius excogitari potest.

Ad capillos flauo colore tingendos, sine multo sole, facillimum & optimum.

℞. Antimonij
Tartari sing. lib.s.
Salnitri ℥.ix.

Miscean-

Miſceantur & redigantur in puluerem, deinde paulatim & ſenſim ponantur in ollam, igne prius candentem, miſcendo, donec omnia vſta fuerint. Verùm hæc ſub camino, aut ſub dio facienda ſunt, propter fumum. Deinde olla frigefacta, frágatur, & inuenies materiam in fundo, atro pani, duroque ſimilem. Hæc malleo in loco mundo, in particulas comminuenda: reperies enim in medio grana quædam, aut particulas, puriſsimo ſimiles argento, admodum fragiles, quas naturę inueſtigatores Regulum Antimonij appellant, quod ad multa, maximè ad res metallicas valet, vt inferius dicetur. Hæc autem particulæ, aut grana argentea, cum nihil ad tingendos capillos conducant, ſeruanda ſunt: reliquæ verò fæces nigræ ſubitò (quoniam citò in aquam diſſoluuntur) conterendę leuiter, addendo in ſingulas libras, vitrioli rubri facti, vt docebitur ℥.j. lixiuij tantum, vt pultis craſsioris modo cõſiſtat. Miſceantur bene addaturq; olei ex ouorum vitellis, vel ſi deſit, communis ℥. ij. deinde ſeruetur in vaſe aliquo ad vſum: diu enim incorruptum manet. Quando autẽ vti voles, lauetur prius caput lixiuio cõmuni, in quo aluminis contriti vnciæ tres, poſitę fuerint, mox antequã capilli ſiccentur, inungantur prædicto vnguento calido: demum cum in pãno calido inuoluti aliquandiu fuerint, lauentur capilli

optimè lixiuio communi, vt vnguentum è capillis pellatur, pòst vino albo calido: demum cum bene ſiccati fuerint, inungantur prędicto oleo, aut iaſmino, aut alio quodam odorato: quoniam conſeruat ſic capillos integros, vt nō corrumpantur, & ſplendidos. Quòd ſi ſemel, biſúe in menſe fiat, fieri nequit, quin capilli ita reddãtur, vt videantur auro obducti. Verùm animum adhibere oportet, ne lixiuium, quo caput lauatur, nimium ſit forte: deinde cum vnguentum tale quoq; ſit, ne capillos corrumpat, frangatq́;. Quare infuſorum doſis diligenter erit conſideranda, deinde etiam tempus, quandiu ſcilicet ſint relinquenda. Itaque ex effectu, mẽſura, aut pondus erunt æſtimanda, & varianda, quoniam in his ita certa regula pręſcribi non poteſt, vt etiam aliquid diligentiæ non ſit relinquendum.

Faciem quæ rubicundam reddant.

Rubeam tinctorum tere cum oleo, & vnge. Aut vnge cum bulbo melle miſto: Vel cum ſemine anethi diſſoluto cum vino antiquo cocto, ad mellis craſsitudinem, & ex eo vnge faciem.

Aqua concilians faciei roſeum & formoſum colorem.

R. Pintam aquæ vitæ ter diſtillatæ

Braſilij

Brasilij ℥.j.
Garyophyllorum n°.x.
Granorum paradisi n°.x.
Cubebarum n°.v.

Omnia trita & cribrata cum aqua vitæ per parum feruefacies in vase diligenter operculato, ne quid vllo modo expiret. Deinde refrigeratam hanc mixturam destillabis per alembicum vitreum omnino igne lento, & habebis aquam bonam & claram. Cum vti volueris, spongia inde madida faciem vel cutem alicuius tinge. Facit enim sine dubio colorẽ roseum, & cãdidum, & formosum. Et durat ista tinctura longo tempore, nempe per duos vel tres annos.

Ad faciem rubificandam.

Accipe radicem viticellæ, & munda, & incide minutim, & desicca. Postea puluerizã & distempera cum aqua rosacea, & cũ bombace, vel panno lineo subtilissimo illinendo inducit ruborem faciei.

Aqua formam Faciei concilians.

℞. Foliorum rorsmarini
Tartari albi, sing. q.s. est
Vini albi q.s. est

misceantur, & destillentur per alembicum, donec omnis aqua exierit, & ad vsum seruetur.

Alia ad faciei nitorem.

R. Radicum lilij
Rad. Ari
Rad. dracunculi, sing. lib. s.
Aquæ florum fabarum lib. j. s.
Aquæ rosaceæ ℥. viij.

destilla. adijce moscocarij, cinnamomi sing. ʒ. ij. Faciem bis die abluito.

Aqua ad dealbandam faciem, & ruborem tollendum.

R. Sulphuris viui ℥. j.
Thuris albi ʒ. ij.
Caphuræ ʒ. j.

omnia trita ponantur in aquę rosaceæ lib. j. & exponatur soli per quindecim dies, & de ea lauetur facies in sero: mane verò abluatur cum decoctione furfuris & rosarum.

Vnguentum faciem reddens albam.

R. Cerussæ ℥. ij. teratur, postea cribelletur per pannum, & quod in panno remanebit, abijciatur: & aqua pluuialis admisceatur, & coquatur vsq; ad consumptionem aquæ. quod potest cognosci, quando videbimus id decoctum ferè esse desiccatum. tunc infrgigedetur, & huic infrigidato & desiccato, addatur aqua rosarum: & iterum bulliat, quousq; fiat durum & spissum, ita quòd inde posſint formari pilulæ minutæ, & cum vol-

ueris

ueris inungi, accipe pilulam vnam, & liquefiat in manu cũ aqua, & inde fricetur facies benè, vt desiccetur: deinde cum aqua pura abluatur, & hoc durabit per octo dies.

Linimentum faciem albam reddens.

R. Cicerum alborum
Fabarum albarum
Lupinorum omnium depilatorum, sing. ℥.ij.
Hordei M.j.
Rad. ireos siccæ ʒ. s.
Gummi Arabici ʒ.ij.s.
Caphuræ ʒ.j.

contusa coquantur omnia, caphura excepta, in aquis rosarum, plantaginis, solatri, & prunellorum syluestrium, sing. ℥. vj. donec consumentur duæ partes, vel circa: postea colentur, cum forti expressione, cui addatur caphura, & seruetur in vase vitreo, & liniatur ex eo facies in sero, & quacunq; hora libuerit: quoniam non tingit; nec eget ablutione.

Vt facies & reliquæ corporis partes pulchram & iuuenilem speciem retineant.

R. Aquæ vitæ ℥.ij.
Aquæ de floribus fabarum
Aquæ rosarum, sing. ℥.iiij.
Aquæ nympheæ ℥.vj.

mistis omnibus adijce tragachantæ albissi-

mæ ℥.j. Per ſex dies inſolatam hanc aquam colabis linteo puro. Vſus eius eſt mane, ita vt non abſtergatur.

Ad pannum faciei, medicamentum albificans & uenuſtans faciem.

℞. Farinæ lupinorum
Sem. melonum excort. ſing. part. iij.
Farinæ fabarum
Farinæ orobi
Farinæ cicerum alborũ, ſing. part. ij.
Farinę hordei & lentium excorticata rum, ſing. part. j.
Sem. raphani
Amyli
Tracaganthæ, ſing. part. s.
Croci parum.

trita conficiantur cum lactæ mulieris, & liniatur facies in ſero: mane abluatur facies cum aqua cort. melonum & violarum. Succus rad. ireos cum farina fabarum & cicerũ alborũ linitus mundificat faciem, maculas remouendo.

Aqua utiliſsima ad tollendum omnes moleſtias in facie naſcentes, decorum faciei quàm fieri poteſt ſummum conciliat: qua utebatur Iſabella Aragonia Duciſſa Mediolani.

Florem farinæ fruméti ſubigito cum ſextario lactis caprini, inde panem in furno le- nites

niter coquito,& extrahito antequam nimiũ coctus ſit. Huius panis medullam per minuta fruſtula diuiſam aut friatam,& in alio recenti lactæ caprino infuſam per ſex horas relinquito. Admiſcebis aquá in duodecim albuminibus ouorum, cum ſpongia factam: calcis deputaminibus ouorum ℥.j.caphurę, aluminis ſaccharini, corallij albi,ſing. ℥.ij. Omnia hæc trita cũ liquidis incorporẽtur, & in alembico vitreo deſtillentur.

Aqua ad faciem magonizandam.

Talcum in minutiſsimum redigatur puluerem,& ollæ indatur, & item cochlearum multam immittes copiam,& operculato,ne fugiant:nam alimento fraudatæ, immiſſum vorant talcum,concoquunt, vbi omne voraſſe noueris,cum teſtis tuſas vitreo accommodabis organo,aquam extillabis & ſeruabis ad faciem.

Vinum aromaticum ad ornatum mulierum, quod cutim albam,ſubtilem,puram & coloratiorem reddit.

R. Cinnamomi
Zingiberis, ſing.quantum volueris
Vini q.ſ. eſt.
miſceantur,& deſtillentur, ad modum roſaceæ,& ſeruetur.

Ad rugas faciei uetularum.

Accipe ſpatulam.j.gladiolum, & ſuccum extrahe, & cum illo ſucco in ſero faciem inũge, & mane erit cutis eleuata, & rumpetur. Quam rupturam curamus cum vnguento ad id apto.

Aqua rugas & faciei maculas tollens, & cutim clarificans.

R. Albumina ouorum quot volueris, diſtilla, quouſq; omnis aqua exierit, & ſerua ad faciem.

Ad rugas faciei.

Oleum de ſeſamo, & decoctio granorum eius rugas diſtendũt, & molliunt & ſolidát. Oleum etiam de glande eſt optimum. Radix cucumeris aſsinini ſiccata, trita, & cribellata, miſta cum aqua roſacea, lauando cum ea, deinde cum aqua frigida, rugas diſtendit mirabiliter. Radix bryoniæ, & ſimiliter ſuccus rad. eius applicata faciei, rugas diſtendunt.

Aqua ad ſplendorem & formam faciei.

Aqua de albuminibus ouorum recentiũ per ſpongiam facta cum ęquali menſura ſucci limonum, deſtilletur vt roſacea. Huic aquæ poſtea addes lixiuij communis ℥. ij.

vel circa: & limonem integrum contuſum, immites, pòſt octo dies exprimes ab eo ſuccum, & miſcebis cum aqua. Facies prius abluta aqua pura, & abſterſa, hac aqua deſtillata lauetur.

Ad aſperitatem faciei ex ſole uel uento, & ad eam dealbandam & clarificandam.

Accipe ſepum ceruinum, bulliat in aqua, deinde in aliam aquam coletur, & colatum diu manibus malaxetur, & tunc adde puluerem cryſtalli & vermis.

Ad ruborem faciei, bardos rubeos, cum intenſo rubore naſi.

R, Rad. lapati acuti ablutas & exiccatas, ablatis interioribus duris, quantum vis, pulueriza eos, & incorpora cum axungia porcina veteri liquefacta & colata, & cum cera alba fiat vnguentum, addendo mercurij extincti cum ſaliua ieiuni parum.

Aqua faciem denigrans.

Iuglandis calloſo herbidoq; putamine illo, quod guliocam dicũt, & gallis, chymiſtarum organis clariſsima eliciatur aqua: qua ſi facies vel manus maduerint, nigreſcunt paulatim, vt Aethiopis videantur. Quòd ſi abijcere & priſtinæ albedini reſtituere vis, acetum, limonis ſuccum, & colophoniam

extillabis, talisq; lotura nigrum illud abijcit & propulsat.

Linimentum uestigia nigra tollens, & colorem faciei bonum faciens.

R. Amygdalarum excorticatarum
Orobi
Spumæ maris
Sarcocollæ, sing ʒ.j.
Conchularum vstarum ʒ.j.s.
Sem. melonum excort. ʒ.iij.
Nasturtij albi
Cicerum alb. excort. sing. ʒ.s.

trita distemperentur cum aqua hordei cum saccharo, & liniatur facies ex eis. Fricatura vasis figuli noui cum saccharo albo ligata in petia, infusa in aqua vitæ, fricando ex ea, tollit vestigia nigra de facie.

Ad impetiginem faciei.

R. Lacertam viridem, coque in vino & oleo vsq; quo vinum consumatur, postea cola, & addæ ceræ albæ q.s. & vnge.

Ad abstergendum furfures à facie.

Vaccinum, hircinum & caprinum fel cũ vitri puluere immisceantur, & mollis facies illinatur, & eam maximè purgat, & faciem venustat.

Ad

Ad dentes nigros & malè coloratos.

Accipimus cortices nucum maiorũ benè mundatos ab interiori cortice, qui eſt viridis, & fricamus ter in die dentes: & cum bene fuerint fricati, alluimus os cum vino calido, & cum ſale admiſto, ſi placet.

Dentifricium.

℞. Medullæ panis combuſti,
Pumicis
Coralliorum rub.
Sepiarum teſtarum
Cerumi cornu. ſing.q.ſ.eſt.
redigantur in puluerem tenuiſsimum omnia, vel ex his aliqua, & fiat dentifriciũ, quo dentes fricentur.

Dentifricium dentes albos reddens.

℞. Coralliorum rub.
Oſsium dactylorum
Pumicis
Oſsium ſepiæ
Salis toſti, ſing.q.ſ.eſt.
tere & frica dentes.

Aqua ad dealbanos dentes.

℞. Salis purgati & contuſi lib. j.
Aluminis glacialis ℥.j.
deſtillentur in alembico. Huius aquæ ℥.j. miſce cum vncia plantaginis, & intincta lana

xylina dentes perfrica, eruntq; nitidiſsimi.

ALIVD.

Accipe marmor album combuſtum, & oſſa dactylorum combuſta, & vitrum album, & tegulam rubeam, ſal, punicem, & de his omnibus fac puluerem, in quo lana ſuccida inuoluta, in pano lineo ſubtili dentes interius & exterius frica.

ALIVD.

Caput leporis combure, & commiſce cũ fœniculo albiſsimo, & oſsibus ſepiæ, & frica dentes.

ALIVD.

Cornu capræ combuſtum, aut pulegium cum ſale frixo, vel hordeum, & ſal aſſatum, Nitrum, & oſſa dactylorum, & oſſa ſepiæ miſce, & frica dentes, & ex eis pulverizatis.

Ad extrahendos dentes ſine dolore.

Colocynthidem ſylueſtrem coque, prius tamen tritam, & in aceto infuſam, donec mellis acquirat craſsitudinem & ſacrifica gingiuam circa dentem, & intinge hoc pharmaco circa dentem, & iube claudere os per modicum temporis: poſtea accipe dentem cum digitis, & ſequetur ſine dolore.

Aqua dentes extrahens ſine dolore.

Accipe ſal ammoniacum, & deſtilla per alembicum, tange cum ea aqua dentem, & cadet ſine dolore.

Puluis

Puluis ad idem.

Puluis corallij rubri cõcauitati dentis immersus, dentẽ eradicat. Dissolue ammonia cum cum succo iusquiami, tange dentem & cadet.

Dentifricium, omnium perfectißimum, non solùm tangens Dentes, eosq; albos reddens, uerùm etiam Gingiuas conseruans.

R. Laccæ coccineæ part. x.
Panis hordeacei, vsti, part. vij.
Ligni aloes part. ij.
Pumicis candentis, deinde in vino & aceto extincti part. viij.
Lacrymæ sanguinis draconis, part. iiij.
Aluminis vsti, part. iiij.
Mellis, ad nigritiem combusti, part. iij.
Carbonum rosmarini, part. iij.
Cinnamomi
Tartari albi sing. part. ij.
Belzoini
Alabastri sing. part. j.
Boli armeni, part. ix.
Margaritarum paruarum, part. iiij.
Succini, part. v.
Coralliorum rub. part. xij.
Eboris rasi, part. ij.
Malorum cotoneorũ, nondum maturorum, combustorum, part. vj.
Mastichis part. viij.

Redigantur in puluerem subtilissimũ singũ la, & cribrentur, deinde misceātur, addendo aliquātulum moschi, aliquot folia auri, & argenti, & seruetur in vase obturato, pro re preciosissima. Quum autẽ vti voles, abluantur prius dentes aqua, vel vino, deinde cum dicto puluere fricentur optimè, vel digito, vel panno aliquo linteo: deinde abluantur bene, & apparebunt albissimi & firmissimi.

Conditum siue conserua ad tergendos Dentes, Gingiuas roborandas, & ad anhelitum commendandum.

Cum dentifricia è puluere facta, non tam grata ori videātur, vt ea, quę liquore aliquo, vel condito parantur, idcirco optimũ omnium, atque principibus dignũ conficere volumus, quod est huiusmodi.

R. Syrupi { Rosati, part. j.
Myrtini, aut lentiscini, part. ij.

Misceantur, quibus addatur prædicti puluẽris ad dentes tātum, vt liquidissimi conditi modum accipiat, deinde coquantur ad ignẽ admodum lentum, donec ad mellis similitudinem accedat, miscendo cōtinuè. Quibus sic se habentibus, auferatur ab igne, cui folia auri, moschiq; parum addi possunt, & habebis conseruam ad dentes talem, vt nulla alia præstantior desiderari posit.

Modus

Modus siue ratio parandi pulueres, & conseruas, ad Dentes.

Quòd si quis dentifricia præstantiora parare voluerit, sumat prædicta omnia, vel saltem nobiliora, & ea quæ in promptu sunt, vt laccam, margaritas, corallia, succinum, lignum aloes, bolum Armenum. Verùm panis hordeaceus combustus, & reliqua alia, nobilibus, & principibus sunt vtilissima, prę sertim quibus placent dentifricia, iucundo aliquo colore: & qui, ex quibus fiunt, cognoscere cupiũt. possunt fieri ex paucis ijs, quæ dicta sunt, addendo folia auri, & moschi aliquantulum. Qui verò minori pretio, maiorem copiam habere desiderant, possunt prędicto pulueri, addere, aliquantulum latericij, & marmorei pulueris, cum cancrorum testis, vstis & contritis, parumq; candidi salis, & fæcis quoque aquæ fortis communis, qua aurum ab argento secernitur, atq; has, vel solas, vel cum alijs iam dictis: sic exiguo sumptu, magnam habebunt materiæ copiã. Quòd si conditum aut conseruã, paruo pretio, & labore conficere velis, addito prædicto pulueri, aliquantulum mellis crudi, vel rosati, & fiat conserua, qua cum dentes bene, vel digito solo, vel cum panno aliquo lineo fricentur, reddentur pulcherrimi, præsertim si, vt minimum, octauo quoque die fricentur.

Puluis albus, & perfectus, ad Dentes, omnium gratissimus.

Primò sciendum, ad dentes dealbandos, nihil aptius esse pumice solo, candidissimo tamē, quo sutores vtūtur, ad calceos candidiores reddendos, si quidem in puluerem tenuissimum redigatur: deinde dentes eo fricentur. Qua de causa multi hunc puluerem vendunt, pro re pretiosa, addendo parum moschi, & ambræ, vt ei odoris suauitatē concilient. Puluis autem sic se habet: R. Margaritas leuiter contritas, quot voles, vel etiā integras, quibus tantum limoniorū vel arantiorum succi colati bene, superinfundito, donec ad tres aut quatuor digitos emineat: relinquatur sic per tres aut quatuor dies in vase aliquo largo, cooperto, donec dissoluantur, & mollescāt. Quibus factis, addito aquæ lentisci tantum, donec ad tres aut quatuor digitos emineat, miscēdo bene: deinde cum aliquandiu steterit, ita vt residuum fecerit, coletur sensim aqua, ita, vt spissum in fundo remaneat, quæ si adhuc subflaua, & non albissima videatur, rursus tantum aquæ superfundatur, & coletur, vt prius, deinde siccetur, vel per se, vel ad solem, in vase cooperto, & fiat puluis de quo sumito part. iij.

Pumicis contriti, part. iiij.
Amygdalarum
Belzoini albi part. ij.

Aluminis

Aluminis vsti, part. j.
Coral. alb. part. j.
Eboris albi
Alabastri, sing. part. s.

Redigatur in puluerem subtilissimũ omnia super lapide marmoreo, addẽdo folia argenti, & fiat puluis albissimus: quò si fricentur dentes, reddẽtur niuis instar, albissimi. Hic puluis potest etiam in forma syrupi, vel conditi cõfici, adiuncto vel syrupo mali citri, vel mellis rosati aliquátum. Quòd si rubrum habere velis, vtitor tantùm lacca, coral. rubris, quæ, quòd terendo subalbescunt, addatur etiam boli Armeni, sanguinis draconis, singulorum parum, folia auri quot voles, cõterantur & misceantur, fiatq; puluis ruber. Cęterùm his omnibus pulueribus, odoramenta quæuis addi possunt, nisi quòd moschus & ambra, albo pulueri non conueniunt, colorem enim corrũpunt. Quòd si quis tamen moschi, & ambræ odorem ei conciliare velit, ponat in sacculis inter moschum & ambram, vt suprà dictum est.

Aqua distillata, preciosissima, subito Dentes reddens albos, cosq; conseruans.

℞. Primæ aquæ mellis distillatæ, quæ alba est, lib. j.
Salis albi ℥ j.
Aluminis lib. s.

Salnitri ℥.j.
Aquæ ex folijs lentiſci, lib.s.
Maſtichis ℥.ij.
Aceti albi
Vini albi, ſing.℥.ij.

Miſceantur, & ponãtur in cucurbitã vitreã, & diſtillentur in balneo Mariæ, donec omnis aqua exierit, quam ſi rubere deſideras, adde cinnamomi, boli Armeni, ſingulorum parum: ſi verò ſuauem, adde aliquantulum mellis, deinde ſeruetur pro re optima. Qua ſi quis vti volet, abluat prius dentes, deinde cum panno aliquo ſiccata fuerint, fricentur vel cum lentiſci ſtylo, intincto, vel cum panno lineo madefacto, paruo. Qui verò aquã albam deſideret, non ponat cinnamomum, bolum Armenum, lignum aloes in aquam, poſtquàm fuerit diſtillata, vnà cum reliquis, tantum ſingulorum inijciat, quantum maſtix appenderit.

Præcepta tria, ad conſeruandos Dentes *albos, & incorruptos, anhelitum etiam bonum.*

Primum eſt, quod ij, qui cibo ſumpto, nõ abluunt dentes, ſemper habeant nigros, & anhelitum fœtentem. Secundum dormientes ore aperto, ſemper nigros dentes, atque anhelitum male olentem habent. Tertium eſt, quòd qui velit dentes retinere pulchros, atque anhelitum bonum, debet manè ſta-

tim

tim experrectus antequàm surgat, expurgare pectus, fauces & alia, per sputum, eaque, quæ per noctem fuerunt collecta, eijcere, quod etiam non solùm ventriculo, sed & capiti prodest. Quibus factis, panno aliquo linteo, vel linteamine fricētur dentes, optimè, extrinsecus, & intrinsecus, vt scilicet auferatur non solùm fumus, ex cibis contractus, sed etiam fæces illæ flauescentes, per noctē collectæ, quibus dentes & anhelitus corrũpitur. Quòd si etiam quotidiè manè aliquantulum mastichis quis mandet, optimũ erit.

Decoctum ad Dentes firmandos, Gingiuas purgandas, & consolidandas.

R. Aceti, poculum dimidium

Aquarum { Lentisci
Rosmarini, sing. poculum dimidium }

Myrrhæ
Mastichis
Boli Armeni
Sang. draconis
Aluminis vsti, sing, ℥.j.
Cinnamomi electi ℥.s.
Aquæ pluuialis, vel fontanę, pocula tria,

Misceantnr omnia, coquantur igne admodum lento, per quartã horæ partem, adden-

do mellis despumati lib. s. belzoini parum, & fiat decoctum, quo sæpius lauentur dentes, ante & post cibum, tenendo in ore aliquandiu, quod caput etiam recreat, atq; anhelitum bonum reddit.

Linimentum ad manus dealbandas, & leuigandas.

Aphodilli decoquantur in aqua vsq; ad cõsumptionem aquæ, & benè mouendo tarta rum admisce, & postea duo oua: & fiat linimentum, quo manus fricabis.

ALIVD.

Scabras rugosasque manus molliculas præstant ac leniunt Altheæ & Maluæ decoctũ: illis autem efficacius Fœnigræci liniq; semẽ quod miti est oleagine imbutum. Conficiuntur autem contuso lini semine, expressoque oleo fraces, formaq; quadrangulari liba quędam saginando pecori accommoda, quorũ si fragmentum aqua cœlesti maceres, manusq; illa abluas, pruriginosæ cutis vitia emendari percipies, membraq; nitida ac perpolita effici.

Smegmata mulierum, quæ nitorem & leuorem faciebus inducunt.

R. Medullæ panis q. s. est, ponatur in sero caprino, deinde extillata inde aqua faciem penicissabis, mirum admodum ad eam deal bandam

bandam, & nitorẽ cuti conciliandum valet.

Linimentum frontem atq; ubera flaccida rugisque deformata, expoliens.

R. Amurcæ q.s.est.
Gummi Arabici
Tragacanthæ
Mastiches, sing.parum
Caphuræ perparum

Misceantur benè, & seruetur. Hoc quoque oculis rubicundis ac palpebris lippitudine arida vitiatis atq; hiantibus, decorem, aspectusq; venustatem conciliat.

Ad prohibendum incrementum mamillarum.

Contundatur cicuta, eiusq; magmata cũ aceto virginum vberibus imponatur, & sic coercet, vt crescere non patiatur, præcipuè hoc in virginitate, quanquam solito lac deneget tempore.

ALIVD AD IDEM.

R. Gallarum cupresi
Gallarum quercus perforat. sing.lib.j.
Aluminis rochæ
Scoriæ ferri preparati cum aceto, sing. lib. j. contusa bulliant in bona quantitate aquæ gallarum, aqua vtuntur aptantes coria, & cum hac semicalida fomententur mamillæ cum spõgia in ea infusa fortiter expressa.

Ad mamillas laxas & molles indurandas.

R. Argillæ
Albuminum ouorum
Gallæ omphacitidis
Mastiches
Thuris, sing. q. s. est.

Tusa omnia calido aceto immisceantur, & illinantur mammæ, & intigra nocte commorare oportet, & sinito illic esse: si parum fuerit efficax, opus innouato.

Ad abstergendum uentris rugas à partu.

Sorba immatura diu aqua coquantur, ouiq; immisceas alborem, nec desit aqua cui Arabum gummi sit solutum, tali linteum pānum madeat aqua, & ventri accōmodetur.

Vt mulier non appareat deuirginata.

R. Aluminis scissilis.
Gallarum omphacidum, sing. q. s. est. cum vino stiptico tere, & fac enchatisma.

ALIVD.

R. Gallarum immaturarum
Alchannæ
Xylocassiæ
Ros. siccarum
Piperis albi
Cocognidij, sing. ℥.j. s.

tere & appone, prius abluta matrice cū vino

FINIS LIBRI QVARTI.

D. ALE.

D. ALEXII PEDEMONTANI DE SECRETIS.

LIBER QVINTVS.

Color cœruleus, Indicus, siue transmarinus, perfectus.

R. Lapidis lazuli, optimi, id est, marmorei, & colore cœruleo, & venulis quibusdam aureis, subuiridibusq; probè tincti (talis autem est, qui super carbones accẽsos tandiu, donec candescat positus, deinde frigidus, non friatur, sed durus, atque cœruleo colore vehementer tinctus remaneat) lib.j. frangatur in frusta parua, & ponantur super carbones accensos, tandiu, donec optimè candescât, deinde cum in aceto distillato extincti, & eixccati fuerint, cum sequenti aqua super lapide, cinnabaris more, terantur, quæ est huiusmodi.

R. Aquæ fontanæ mensuram.j.
Mellis crudi albi ℥.ij.

Misce, & coque, despumando optimè, deinde cũ ab igne ablatum, atq; frigidum fuerit adde sensim, & non affatim, tantũ sanguinis draconis, optimè contriti, vt nucis magnitu

dinem referat, deinde coletur per pannum linteum. Verùm animaduertẽdum, ne aqua nimis rubra, neq; nimis lucida sit, sed medio se habeat modo, nẽpe sit violacea, clara, ita vt cœruleus color assumat violaceum colorem. Deinde dictũ lapidem sic preparatum, cum hac ipsa aqua, tenuissimè, cinnabaris more, per horam, aut amplius contere, mox in vase vitreo lato, & patenti collectũ, repone, & siccetur in vmbra: deinde in tenuissimum puluerem redige, serueturq; in pannis lineis, densè contextis, strictè colligatum. Quibus factis, fiat pastillus.

℞. Resinæ
Colophoniæ
Mastichis
Olei lini
Terebinthinæ
Ceræ nouæ sing. ℥.ij.

Terenda conterantur in puluerem tenuissimum, misceantur, & coquantur, donec confectum sit, miscendo continuè, confectum autem deprehenditur, si ex eo gutta, in aquã frigidam iniecta, manibus humidis non adhæret: deinde sic calidum, per pannum rarum, in vase aqua frigida pleno, coletur (nã frigidum fluere non potest) tandiu in aqua sinendum, donec concretum fuerit: tũc eximatur, sicceturq;, & misceatur cum prædicto puluere hoc modo: Pastillus iam dictus

cum

cum in partes minutas redactus fuerit, pona tur in æneo vase, stanno illito, igni subiecto: vbi feruere incipit, statim amygdalarum amararum olei ℥. j. infundito, simulque ferueant, non diu. Hoc facto, puluerem ex lazuli lapide in alio vase paratum habeas, ad quem sit aliquis cum bacillo, miscendo continuè, dum tu in puluerem, ex altero vase, materiam paulatim effundis: idq; faciendũ, donec optimè mista fuerint: quæ deinde frigefacta, manibus, oleo prius lotis, tractentur, & subigantur bene, & fiat pasta in forma panis, & seruetur in vase aliquo vitreo, per dies saltem decem. Quum autem cœruleum extrahere voles, sumito lixiuium, ex vitium cineribus paratum, atq; ita calefactum, vt manibus tractari sine læsione posit. Tum pastillum sume, atq; in vase vitreato repone, in quod tantum lixiuij infunde, quantum satis videatur. ibi pastillum manibus leuiter tractato, subagitatoq;, donec cœruleum exire, atq; apparere videbis: quo viso, lixiuium ipsum cum cœruleo in vitreatum vas infunde, deinde cum recenti lixiuio calido, in alio vase rursus agitato, ac tractato, vt prius, atq; sic semper procedendo, atq; iterãdo, donec cœruleum totum exierit. Verùm notãdum, quod è singulis libris, optimi lapidis lazuli, vncia tantùm vna amittitur, remanentq; vndecim, nimirum perfecti, ℥. v. medij iij. vlti-

mi itidem iij. Puri atq; optimi, vncia, vt mini mum duobus coronatis cum dimidio æstimatur, medij vno, vltimi tertia coronati parte. Extracto autem Indico prorſus toto, ſimilitudinem diligenter attende, vt ſimile ſimili tripartito adiungas, vt dictum eſt: deinde lixiuio puro, ſingulas partes per ſe eluito, mutatis vaſis, donec puræ, atque à paſtilli ſordibus repurgatæ optimè fuerint: tunc in vmbra ſiccato in cubiculo clauſo. Hoc facto, ſumito aquæ vitæ poculum vnum, in eaq; aliquantulùm verzini optimi macerato, eadem aqua Indicum aſpergatur, & ſiccetur idq; facito triduum, vt Indicum totum eius aquæ ſit particeps, atq; ita colorabitur bellè, eritq; optimum. Condantur in ſcorteis ſacculis ſingula.

Modus parandi laccam coccineam.

R. Purpuræ tomentum, lib. j. coquatur in lixiuio, donec colorem aſſumat lixiuiũ, deinde coletur, & exprimatur bene omnis ſub ſtantia. Quòd ſi tomentũ adhuc colore eſſet infectum, coquatur rurſus in alio lixiuio, vt prius: deinde omne lixiuium ſic coloratum ponatur ad ignem, & non bulliat, cui addantur aluminis contriti, atq; in aqua calida diſſoluti ℥.v. coletur in vaſe aliquo vitreo, ſuperinfundendo aquã calidam, idq; fiat tandiu, donec non amplius rubra, ſed ſine colo

re luci-

re lucida omnino euadat. Quo facto, color in colatorio residens, eximatur, atq; in vmbra ſiccetur, & ſeruetur.

Ad Oſſa uiridi colore tingenda.

Calcis viuæ fruſtum magnum ponatur in aqua fontana per diem vnum: ſequenti die ligno aliquo, circa meridiem, ac demum veſperi, miſta coletur, & ſeruetur ad vſum. Interim tamen ſumito oſſa, quæ tingenda ſunt, & in aqua communi, in qua aluminis tantum diſſoluti fuerit, vt diſſolui queat, coquito. Quæ cum optimè in iam dicta aqua cocta fuerint, eximantur, ſiccentur, & aliquo modo in ſuperficie radantur: deinde ponantur in ſupra dictam aquam calcis viuæ, adiuncto floris æris quantum ſatis eſt: coquantur benè omnia ſimul, demum extrahantur, ſiccẽtur, & fiát inde, quę voles, opera. Quòd ſi aqua calcis deſit, vrinam ſumito, quæ æquè bona cenſetur.

Aliud, ad tingenda Oſſa, aut ebur, uiridi colore, ut ſmaragdi uideantur.

Sumito aquam fortem, qua tantum æris, vel orichalci, quantũ fieri poteſt, erodatur: in ea oſſa, prius in formas varias, vt videbitur, elaborata, per noctẽ vnam poſita, ſinantur: atq; ita veros ſmaragdos colore imitabuntur. Quòd ſi in ſupra dicta aqua, argen-

tum æris loco, diſſolutum fuerit, tanto melius erit.

Ad Oſſa, rubro, cœruleo, uel alijs coloribus tingenda.

Primò oſſa in aqua aluminis, vt ſuprà dictum, cocta eſſe oportet: deinde aqua calcis, vel vrina in promptu exiſtat, in quibus ponatur verzinum, vel rubrica, vel cœruleum, vel alius color, vnà cum oſsibus, & coquantur bene, & ſic habebis oſſa, quo volueris colore tincta.

Pulcherrimum, ad Ligna tingenda, uariè, quibus fabri lignarij utuntur, ad menſas conficiendas, uarijs teſſellis, & figuris inſignes.

Manè ſumito ſtercoris equini, recentis, & adhuc humidi cum ſtramine, quantum ſatis eſt, ſupra quod ligna aliqua tranſuerſa collocentur, cui ſubijcito vas aliquod, liquorem recipiens. Quòd ſi vno die tantū, quantum ſatis eſt, extrahi nō poſsit, altero, & tertio, & quarto die colligas, donec ſatis eſſe videatur: deinde coletur, addaturq́; in ſingulas menſuras eius liquoris, aluminis, & gummi Arabici, ſingulorum fabæ inſtar. In eo liquore, quos voles colores, temperabis, variaq́; vaſa facies, ſi varios colores habere velis. His comparatis, fruſta lignorum in vaſis, vt lubet, condes, eaq́; ad ſolem vel ignē pones:

nes: post vbi vti voles, frusta aliqua extrahito, reliqua sinito. Nam quo diutius in vasis manent, eò magis colorem mutant. Et sic habebis ligna variè colorata, alia clariora & dilucidiora, alia magis fusca, alia media, qui colores nulla elui ratione possunt.

Modus conficiendi Hebeni, *ut uideatur naturalis.*

Omnis generis ligna, Hebeni formam acquirere possunt, præsertim dura, quę sunt lucidiora, vt buxus, cedrus, morus tam albus quàm niger, quæ ligna omnium sunt ad hoc opus præstantissima, quamuis niger morus aptior. Sumito itaq; huius generis ligna, atq; in aqua aluminosa per tres dies, vel ad solē, vel prope ignem ponito, vt tantùm calefiat: deinde in oleo cōmuni, vel sesamino, in quo vitrioli Romani, sulphuris, singulorum tantum, quantum auellanæ respondeat, coquito aliquandiu: nam quo magis coquuntur, eò etiam nigriora fiunt, modò ne nimiū coquantur. Nam tunc & ambusta & fragilia fiunt. Ritè autem cocta si fuerint, nihil pulchrius desiderari posse videtur.

Ad Pelles cœruleo colore tingendas.

Sumito grana ebuli, vel sambuci, quantū satis esse videtur, coquátur, primùm vngantur pelles, & lauētur optimè, post exprimantur. Hoc facto, sumes ebuli vel sambuci aci-

nos, eosq; in aqua in qua alumen sit liquefactum, coquito: mox eadē aqua pelles semel inficito, & siccato, rursusq; tingito, & aqua fontana lauato, atq; cultello, ab auersa parte aquā abstergito. Quod cum factū fuerit, rursus tingantur, supra dicto colore aliquo, siccenturq;, & cœruleo colore præstabunt.

Ad Pelles, rubro colore tingendas.

Pelles prius vnctæ, lotæ, expressæ, vt suprà & expansæ, ponantur in aqua, in qua cocta fuerint tartarum, sal: deinde cum expressæ fuerint, addito prædictæ aquæ, cineris cancrorum vstorum, quātum satis est, ea quàm optimè fricentur pelles, postea aqua cōmuni abluantur, & exprimantur. His factis sumito radicis rubiæ, q.s.est, cum aqua tartari mistæ, qua fricētur pelles bene: deinde rursus addito cinere cancrorum vstorū, fricentur, lauentur, & exprimantur. Quod cum ter factum fuerit, lauentur & exprimantur, deinde ligno brasilio tingantur, præsertim si nondum satis rubere videantur. Radices rubiæ cum aqua calida, in qua tartarum fuerit coctum, contemperandę erunt, & per noctē relinquendæ: deinde addendum aliquātulum aluminis, ex vini fæce parati, vel catini, in aqua dissoluti. Possunt etiam pelles purpuræ tomento tingi in lixiuio feruenti, & cocto,

& cocto, & tracto colore, erunt pulcherrimæ.

Ad uiridem colorem Pellibus inducendum.

R. Spinæ ceruinæ
Aluminis ſing.q.ſ.eſt.
Aquæ fontanæ tantum, vt digitum vnum emineat.

Miſceantur,& ſemel efferueant, deinde cũ colatum fuerit,pelles prius vnctę, lotę,& ſiccatæ,fricentur optimè, dictis acinis coctis. Quibus factis,rurſus alumine contrito, fricentur,deinde rurſus ſtercore ouino combuſto, atque in ſupradictam aquam poſito, poſtea iterum granis:quæ cum deinceps aqua lotæ ac ſiccatæ fuerint, bis prędicto colore tingantur,& erunt perfectæ.

ALITER.

R. Spinæ ceruinæ acinos maturos,& cõtunde:deinde in aqua,alumine tẽperata, coque quantũ volueris, qua bis tingantur pelles prius vnctæ, lotæ,& expreſſæ,quæ cum exiccatæ fuerint,tingantur colore flauo, ex liguſtri acinis coctis in aqua aluminoſa, & pauco croco,& erunt pulchræ.

Ad Pelles,cœruleo colore,alio modo tingendas.

Pelles tantùm corticibus vuarum nigrarum fricentur,donec violaceæ fuerint:deinde Indico puluere ſuperaddito , rurſus fri-

centur, lauentur, & ſiccentur. Poteſt etiam puluis Indicus cum vino rubro contemperari, vt eo pelles lotæ tingantur.

Ad Pelles, rubro colore tingendas.

Pelles bene lotæ, deinde in galla poſitæ, per horas duas, atq; expreſſæ, tingantur ſemel colore ſcotano, qui in aqua aluminoſa vnà cum æris flore fuerit coctus. Quibus factis, inungantur pelles bis, verzino, cum lixiuio cocto. Verùm ſi pelles, damarum pelles imitantes, tingere voles, in lixiuio ſcortanus, coquendus erit.

Aliud, ad Pelles, uiridi colore tingendas.

R. Acinorum { Sambuci contuſorum
Ebuli contuſorum
Spinæ ceruinæ contuſorum
ſing. q. ſ. eſt.
Aluminis quantum volueris,

Miſceantur, & primò grana, liguſtri acini, in lixiuio ſemel ferueant: deinde adde acinos ebuli & ſambuci, quæ cùm ſemel quoq; bullierint, cocta auferantur ab igne: quibus frigefactis, fricentur pelles granis primò, deinde ouino ſtercore vſto, demum aqua ſupradicta acinorum, lauentur, cultelloque aqua ex aduerſo abſtergatur, & pelles ſiccentur. Quòd ſi ſatis tinctæ non fuerint, penicillo iterum

iterum tingantur, addito puluere Indico, vt perfectiores reddantur.

Ad hircinas Pelles, uiridi colore tingendas.

Sumito hirci, aut capræ pelles, pumicè expolitas, deinde oleo inunctas, demum lotas. Ad hæc, in aqua calida colata, in qua gallarum tritarum ℥.j. vel ij. positæ sint, fricentur bene: deinde relinquantur sic per horam vnam, demum eximantur, exprimantur, & expandantur. His peractis, sumito acinos Spinæ ceruinæ mense Iulio collectos, quum sunt virides, hos siccatos tenuissimè terito: aluminis contriti, in singulas pelles ℥.ij. cum dicto puluere ligustri acinorum misceantur, superinfundendo aquam calidam: deinde frigida facta infundatur supra pelles, manu colorem imprimendo. Quibus factis, addatur aliquantulum stercoris capræ vsti, & contriti, & rursus fricentur: mox lauētur, aquaq; cultello, vt supra, abstergatur, & expandantur. Deinde sumito ligustri acinos, bene maturos, eosq; integros, in aqua aluminosa coquito aliquantulum, qua vnà cũ acinis frigefacta, manu fricentur pelles, & cinere dicto respergantur, aqua acinorum calida contemperata, lauentur, & cultello abstergantur: deinde vbi semel aqua viridi penicillo tincta fuerint, siccentur, & erunt perfectæ. Quòd si obscuriorem colorem voles,

quum acinos & alumen coquis, adde pulueris Indici aliquantulum, tenuissimè cōtriti.

Pellium, è floribus liliorum tinctura.

R. Flores liliorum, cœruleorum, recentes
Acinos Spinæ ceruinæ aridos
Alumen

Terantur omnia, & misceantur cum pauca aqua fontana, & seruentur in vase aliquo mundo. Deinde pelles prius inunctæ, & lotę, tingantur cum acinis, & cinere vt dictū: deinde lauentur, aquaq; cultello abstergantur, & siccentur. Quo facto, tingantur pelles cum prędicto colore in vase seruato: deinde fricentur, corrugentur, leuigenturq; secundum artem.

Ad Ossa, cœruleo, rubroq; colore, inficienda.

Cum omnia ossa alba, præsertim cornu cerui, tingi posſint, sumantur ea quæ placuerint: quæ cū prius fuerint parata, & formata ad vsum, coquātur aliquandiu in aqua aluminosa: deinde eximantur & siccentur. Quibus factis, sumito floris æris, seri caprini, singulorum, quātum satis est, misceātur, & simul cum ossibus, in vas aliquod æneū, coopertum in fimo, per quindecim ponantur dies: deinde auferantur, & erūt pulcherrima. Quòd si pro sero, vrinam sumas, optimè feceris. Porrò si rubra efficere voles, adde cin-

de cinnabarim, vel verzinum, vel laccam, & ponantur in vas aliquod ligneum, aut vitreum, & non æneum.

Ad tingendas suillas setas, aut alia huiusmodi, quibus uestes mundantur.

Sumito setas, bene lotas: deinde in aquã in qua alumẽ coctum fuerit, tandiu immittito, donec aliquo modo colorem subflauum assumant. Deinde cape rubiæ tinctorũ, contritæ, quantũ satis est, ponatur in aceto: deinde in aqua ad ignem, cui, postquàm feruere cęperit, infundantur: quæ cum aliquandiu coctæ fuerint, auferantur ab igne, relinquanturq;, donec frigidæ euaserint, deinde eximantur, & erunt pulcherrimæ.

Ad tingendas Setas, flauo, uel uiridi uel cœruleo uel alio colore.

Setæ, cum prius fuerint lotæ, & in aqua aluminosa coctæ, scotano, & croco tingantur, siquidem flaua habere velis: vel succo acinorũ sambuci, aut ebuli, aut liliorũ cœruleorum, si cœrulea, vel æris flore, si viridia: Atq; ita his adhibitis, factoq; periculo, an arrideant colores, setas varijs coloribus infectas habere poteris.

Aurum Musicum

Purpurinæ faciendæ modus, quo colore, aureus color, ad pingendum, & scribendum conficitur.

R. Stanni igne liquefacti, lib. j. cui adde, si ab igne remotum fuerit,
Argenti viui ℥. viij. vel x. miscendo continuè,
Sulphuris contriti,
Salis ammoniaci contriti sing. lib. j.

Misceantur omnia optimè, & terantur in mortario, vel lapideo, vel ligneo, non æneo: deinde ponátur in cucurbitam vitream magnam, digitos duos, supra materiam luto inductam, & coquátur in fornace, primò igne per quàm lento, deinde aucto, miscendo aliquandiu baculo, donec flauum colorē assumát. Quo facto, auferatur ignis, & deferuescere permittantur, & sic habebis purpurinam pulcherrimam, aureo colore infectam: quæ pòst lixiuio teritur, & vrina, vel lixiuio, adiūcto croci pusillo, eluitur, aquaq; è gummi temperatur, vt infrà clarius dicetur.

Modus parandæ laccæ è Verzino.

Sumes tomenti, cuiusuis generis lib. j.

Coquátur in lixiuij sextarijs duobus, donec tomentum, in aquam dissoluatur. Quod cum factum fuerit, ponatur in vas aliquod ligneum, vel lapideum, adijciendo sensim aluminis contriti, lib. j. lignea spatula cōtinuè miscendo, deinde etiam aquæ frigidæ sextarijs

rijs duobus ſenſim infuſis, in ſacculo coletur, & materia in ſacculo reſidua, in vaſe vitreo ſeruetur. Quibus factis, ſumito ligni braſilij inciſi lib.j. coquatur in ſextario lixiuij, donec digitus vnus euaneſcat: dende fiat colatura, cui adde gummi Arabici contriti ℥.j. & coquatur iterum, donec medius digitus abſumatur. Mox adiungito materiam, in vitreo vaſe ſeruatam, & miſceto optimè, deinde coletur, & eximatur, ex eoq; quod in colatorio relictum eſt, fiant pilæ, atq; in vmbra ſiccentur, & erunt perfectæ.

Modus parandi Tabulas albas, deletiles, in quibus ſcribitur ſtyllo æneo, cuiuſmodi ſunt libelli, qui in Germania fiunt.

Gypſi mundi & cribrati quãtum ſatis eſt capies, & cum colla ceruina, aut alia diſſolues: quod cum exiccatum fuerit, radatur, vt politũ fiat, & lucidum. Quibus ſic ſe habentibus rurſus vt prius diſſoluatur, & radatur: deinde ſumito ceruſſæ, in tenuiſsimum puluerem redactæ, & cribratæ, quantũ ſatis eſt: miſceatur cum oleo lini cocto, & fiat vnguẽtum, quo illinantur tabulæ: quæ cũ bene illitæ fuerint, ſiccentur in vmbra, per dies quinq; aut ſex, deinde panno aliquo in aqua intincto, deinde expreſſo, expoliantur tabulę, & ſic relinquantur per dies quindecim, aut viginti, donec optimè ſiccentur, quibus ad

ſcribendum, delendumque, quod ſcriptum fuerit vtitor.

Scriptoriæ Rubricæ ratio.

℞. Ligni braſilij, minutim inciſi ℥.j.
Ceruſſæ
Aluminis, ſing. ʒ. ij.

Terantur, & miſceantur: quibus tantum vrinę ſuperinfundito, donec cooperiantur, relinquãturq; ſic per tres dies, miſcendo quotidie, ter aut quater: deinde coletur per linteum, ponaturq; in catino aliquo vitreato, vel mortario, & ſiccentur in loco aliquo, ab aere & ſole remoto, & ſeruetur. Quando autem ad ſcribendum vti voles, aqua gummi temperata conficito.

Ad pelles inaurandas. quibus cum alia, tum peri ſtromata, & aulæa fiunt.

℞. Olei lini lib. iij.
Vernicis
Colophoniæ ſing. lib. j.
Croci contriti ℥.s.

Miſceantur & coquantur ad ignem tandiu, donec gallinæ penna immiſſa, deinde extracta, videatur vſta: deinde auferantur ſubito ab igne, addaturq; ſenſim, aloes hepaticę, in puluerem redactæ, lib. j. miſcendo continuè baculo aliquo dextrè, ne nimio feruore ſubleuetur. Nam cũ ſubleuatur, ſubito ab igne auferen-

auferenda erunt, quosque resideant: deinde rursus ad ignem ponenda, coquendaque tandiu donec optimè permista fuerint: postea auferantur ab igne, & cum aliquantulum quieuerint coletur, & seruetur in vase aliquo. Quòd si pro croco, sumas alborũ liliorũ croceos flosculos, optimè feceris. Cæterùm si pelles auro obducere voles, obducantur primò folijs argenti, vel stanni, cum ouorũ albo, vel gummi Arabico: deinde prædicto vnguento inungantur, & subito auri colorẽ recipient: deinde siccentur ad solem, imprimendo formas, vel pingendo, & erunt pulcherrimæ.

Ad tingenda Serica, coccineo colore, quod Chermesinum uocant.

R. Smegmatis duri, & rasi, quantum satis est, dissoluatur in aqua cõmuni: deinde imponantur, serica panno aliquo linteo raro inuoluta, & coquantur simul ad ignem, per semihoram, mouendo aliquando, ne vasi adhærescãt. Quibus deinde exemptis, & lotis aqua salsa, deinde cõmuni, sumito pro quali bet libra sericorum libram vnam, aut plus, aluminis in aqua frigida sufficienti, dissoluti, in quam serica per se, absq; prędicto panno inijcito, per horas octo. Quod cum factũ fuerit, eximantur serica, & lauentur, primò in aqua communi, deinde salsa, atque iterũ

communi, quibus poſtea ſubitò in cacabo, poſitis, vnà cum ſequentibus cocci granis, quod in hunc modum ſe habet.

R. in ſingulis libras ſerici, chermeſi, ſiue cocci contriti, & cribrati ℥. iij. aut iiij. bulliant in tanta aqua cõmuni, donec ſericum cooperiatur, ad quatuor aut ſex digitos, adde ſimiliter in ſingulas ſerici libras, vncias tres gallarum in puluerẽ contritarũ. Quòd ſi gallæ deſint, adde loco gallarum arſenici criſtallini ℥. s. pro libra ſerici, quòd colorem perfectiorem reddit, niſi quod tam aqua, quàm eius vapores ſunt valde periculoſi. Quando autem bullire incipit, tunc ſericum ita pręparatum, vt ſuprà, inijcito, & coquito per horas quatuor: deinde cum exemptum fuerit, ſiccetur in vmbra, & erit perfectum.

Modus parandi Verzini, quatuor colorum.

R. Verzini quantum ſatis eſt, coquatur in ſufficienti quantitate aquæ, vſq; ad conſumptionem tertiæ partis, vel donec color pulcher euadat: deinde ablato ab igne, in quatuor diuidatur partes, quarum vna per ſe ſeruetur, & erit roſei coloris, alterę adiungatur parum aquæ calcis, & erit punicei: alteræ addatur parum lixiuij, & erit violacei coloris: vltimę deniq; adijciatur aliquantulum aluminis, & vini fęce, & erit viola obſcurior.

Verùm

Verùm cum hæc adduntur, verzinum tepidum esse oportet.

Verzinum rubrum, alio modo.

Sumito mensuram aquæ communis, cui addito tantum calcis, vt nucis magnitudini respódeat: deinde cum sic per integram noctem fuerint relicta, sumito Verzini rasi tantum, vt ad dimidiam vasis partẽ perueniat, cui superinfundatur aqua calcis, colata, quę cum per quatuor horas steterint, coquãtur, donec dimidia pars euanescat. Quod cum ritè factum fuerit, auferatur ab igne, & sensim in aliud vas infundatur, vt color tantùm auferatur: cui deniq; addatur aluminis contriti parum, nempe tantum, vt ciceris magnitudinem referat, & seruetur. Quòd si ad scribendum vti velis, adde aliquantulum aquæ gummatæ. Si verò mauis colorem puniceũ, adijcito lixiuij ℥. iij. plus, minúsue, & erit perfectum.

Cæruleum transmarinum, absq; lapide lazuli.

Sumito argenti, cum aqua forti calcinati ℥. j.
Salis Ammoniaci ℥. ij. s.
Aceti q. s. est.

Misceantur, & aliquandiu relinquantur, donec materia in fundo resideat: deinde cum acetũ eminet, sensim auferatur: materia ve-

rò reliqua, in fundo relicta, ponatur in cucurbitam vitream, optimè obturatam, per dies vigintiquinq;, & habebis Indicum siue transmarinum cœruleum pulcherrimum.

Color Viridis, ad scribendum & miniandum, ut dicitur.

R. Floris æris
Lithargyrij
Argenti viui sing. q. s. est.

Terantur, & misceantur simul cum vrina infantis masculi, & habebis colorem pulcherrimum, smaragdo similem, non solùm ad miniandum, sed etiam ad scribendum.

Ad molendum siue terendum Aurum, ad miniandum & scribendum.

R. Folia auri, quot volueris.
Mellis, tres aut quatuor guttas.

Quibus mistis & contusis, seruetur in vase osseo aliquo, quo, si ad scribendum vti velis, addito aliquantulum aquæ gummatæ, & erit optimum.

ALITER.

R. Folia auri, vel argenti quot volueris, ponantur in catino vitreo, terso, in quo digito tantùm macerentur cum aqua, donec optimè macerata fuerint: deinde impleatur aqua cõmuni, & misceantur, relinquanturq; per semihoram. Quibus factis sensim auferatur

tur aqua, ita, vt aurum in fundo remaneat, quod ſiccetur, & ſeruetur in vaſe cooperto. Quando autem ad ſcribendum vti voles, addito aquæ gummatæ, parum.

Aliter, cum purpurina.

R. Purpurinæ, quantum volueris, ponatur in catino, cũ vrina, aut lixiuio, digito miſcendo & macerando bene. Quod cum factum fuerit, impleatur vrina, vel lixiuio, & relinquatur, donec reſiduum faciat: deinde rurſus maceretur, mutando vrinam, vel lixiuium toties, donec aqua, vel vltima vrina lucida euadat: deinde ſenſim coletur vrina: materiæ verò reliquæ addatur parũ croci, aquæ gummatæ, & fiat liquor ad ſcribendũ, miniandumq́;.

Compoſitio, quæ Siſa uulgo dicitur, in qua aureæ bracteolæ expolitæ, collocantur.

R. Gypſi optimi
Boli Armeni
Aloes hepaticæ
Sacchari candidi ſing. ℥. ſ.

Terantur ſingula per ſe, quibus alterum ſuper alterũ collocatis, addatur parum zibetti, vel mellis.

Ad aurum ponendum, ſimplex compoſitio.

R. Gypſi optimi

Aloes hepaticæ
Boli Armeni ſing.part.j.

Redigantur ſingula in puluerem, & contun dantur, cum ouorũ albis: deinde colentur. Quòd ſi nimium eſſet fortis, adde aquã com munem.

ALITER.

Sumito aquæ gummatæ q.ſ.eſt, qua ſola affigatur aurum, vel in carta pergamena, vel corio, & erit perfectum. Valent etiam alba ouorum, lac ficuum.

Modus parandi Colores, ex omni metallorum genere.

R. Lapidem lydium, optimè cum oui albo contritum, & fiat liquor, quo ſcribe, ac ſuper literas ducito, vel adfricato aurum, aut quod vis aliud metallum, & colorem eius recipiet.

Ad aurum, in nigra materia reponendum.

Sumito fumum ex lucernis, quo tingantur nigra: deinde ſuperaddatur aurum cum aqua gummata.

Marmor aut, lignum, quomodo auro obducenda.

R. Boli Armeni
Olei nucum, ſing.q.ſ.eſt.

Contundantur, & pinſantur ſimul: deinde quando aurum obducere voles, videas ne ſi

quot

quor nimium humidus, aut nimium ſiccus conſpiciatur.

Ad Literas aureas, ſine auro faciendas.

R. Auripigmenti
Chriſtalli ſing. ℥.j.

Redigantur in puluerem ſingula: deinde miſceantur cum oui albo, & fiat liquor, quo ſcribatur.

Vt literas argenteas, abſq; argento facias.

R. Stanni ℥.j.
Argenti viui ℥.ij.

Miſceantur, & liqueſcant ſimul: deinde cum aqua gummata contundantur, & ſcribe.

Vt Literæ uirides fiant.

Sumito folia rutæ, ex quibus ſuccum exprimito, cui addito floris æris, croci, ſingulorũ parum, & contere, cum vti voles aqua gummata, vtere & ſcribe.

Vt literæ albæ ſcribantur.

Sumito lactis ficuum q.ſ.eſt, & in vaſe aliquo vitreo ponito ad ſolem, per ſemihoram. Cùm verò vti voles, aquá ſumito gummi, & miſce, & ſcribe. Vbi ſcripſeris, tota papyrus atramento tingenda erit: deinde cum exiccata fuerit, panno aliquo linteo, optimè fricanda, vt literæ, cum ficuum lacte ſcriptę,

auferantur, ſpaciaq; illa alba remaneãt. Nam eo lacte effectum eſt, quo minus ſpacia literarum atramento tingerentur. Similiter valent etiam ouorum vitella, modò cum aqua contuſa, fiat liquor, & ſcribatur: deinde cum atramento tincta integra papyrus, atque exiccata fuerit, fricentur literæ, vel panno aliquo vel cultello, & remanebunt literæ albiſsimæ.

Liquor viridis ad ſcribendum & pingendum.

R. Floris æris quantum ſatis eſſe videtur, ponatur in aceto, donec liquefiat: deinde coletur per pãnum ſubtile. Quod cum factum fuerit, ſuper lapide porphyrite teratur optimè cum aqua communi, addendo parum mellis. Deinde cum bene ſiccatũ fuerit, rurſus ſuper lapide porphyrite, cum aqua gummi teratur, & res erit perfecta.

Cœrulei parandi, ratio alia.

Cœruleum cum melle, vt æris flos, conterendum, ſed purgandum non eſt. Temperatur autem oui albo agitato, aut glutinis aqua, & non gummi. Aqua hęc glutinis, fit ex viſcerũ glutine lucido, & liquefacto, & colato, vt ex gummi ſolet.

Cinnabaris parandi modus ad ſcribendum.

Cinnabari, cum ſuper lapide porphyrite optimè

optimè aqua communi contritum: deinde exiccatũ fuerit, ponatur in vas aliquod osseum, vel vitreum, vrinaq; superinfundatur, relinquaturq; sic aliquandiu: nam fundum materia petet: postea auferatur sensim vrina, atq; rursus recens addatur. Quod cum octies, aut decies factum fuerit, optimè purgatum erit. Quibus sic se habentibus, sumito ouorum alba, optimè agitata, & in aquã puram dissoluantur: eam aquã super cinnabarim effundito, vt transuersum digi ũ emineat, rursusq; simul agitato: deinde cum residuum fecerit, auferantur ouorum alba, sensim, rursusq; recẽtia addantur, fiatq; hoc toties, quoties cum vrina factũ fuit. Hoc quidem nulla alia ratione fit, quàm vt fœtens ille odor, ex vrina contractus euanescat. His omnibus factis, addantur albumina ouorũ recẽtia, misceantur optimè, & fiat liquor, ad scribendum, & pingendum. Cęterùm hic liquor, in vase aliquo obturato, seruandus erit: deinde cum quis hoc vti volet, ligno aliquo miscendus. seruatur etiam diutissimè incorruptus.

Aqua fortis, ad Serica, marmora, pannosq; linteos inaurandos.

Sumito glutinum, ex pergameno confectũ, quo illinatur tela serica leuiter, ne aqua illa penetrare queat. Quo facto, sumito:

Ceruſſæ
Boli Armeni
Floris æris ſing. part.j.

Miſceantur,& redigantur in puluerem, ſuper lapide porphyrite,& fiat puluis, qui ponatur in ollam aliquam vitreatam,addendo ſandarachæ liquidæ tantum, quantum ſatis eſſe videtur, ad ignem admodum lentum, ne bulliat. Cæterùm ſuper marmora, gluten non erit ponendum, ſed tantùm fortis aqua.

Libri, auro, quomodo obduci queant.

R. Boli Armeni,ad nucis quantitatem.
Sacchari candidi,ad ciceris magnitudinem:

Redigantur in puluerem tenuiſsimum ſimul:deinde addantur alba ouorũ, miſceantur optimè,contundendo. Quo facto, ſumito librum optimè ligatum, & ſub prelo,cum ouorũ albo illitum: deinde cum exiccatum fuerit,illinatur prędicta compoſitione,& ſiccetur,fricetur q; bene,vt politum,leueq; fiat. Quum autem auro eos obducere voles, aqua communi prius humectentur : deinde ſubitò auro ſuperpoſito, bombyce præmantur leuiter,& exiccati, dente leuigentur, atq; ferro frigido , formæ imprimantur.

Ad con-

Ad conseruanda Ouorum alba incorrupta, ad cinnabarim parandum, aliosq́; colores absq; arsenico, res perpaucis admodum cognita.

Sumito ouorum alba recentia, & integra, quibus superinfundito in centum oua, tertias aceti partes, sinitoq́; sic ad horas viginti quatuor: deinde coletur per pannum linteum, subtile, ne frangantur ouorum alba, relinquanturq́; sic per dies octo: quæ cum deinde rursus colata fuerint, seruentur ad vsum, in vase aliquo cooperto.

Aqua fortis, ad flores effigiandos.

℞. Gummi ammoniaci part. iij.
Arabici part. j.
Sagapeni part. iiij.

Misceantur, & ponatur in aceto, donec mollescant: deinde contundantur, colentur, & seruentur ad vsum.

Aliter, ad idem.

℞. Gummi ammoniaci ℥. j.
Arabici ℥. iij.

Ponantur in aceto per horas xxiiij. donec mollescant: deinde adde mellis flaui, ad magnitudinem nucis, allij mundati, & contusi, caput vnum, aloes hepaticæ parum: misceâtur, & coquantur aliquandiu in aceto: deinde coletur, exprimaturque bene substantia

omnis. Quòd si videatur liquidius, coquatur denuo, donec iustam consistentiam acquirat, & seruetur in vase aliquo vitreo. Quádo autem vti voles, tingantur ea, quæ auro obduci velis: deinde cum exiccata, & oris halitu calido humectata fuerint: subito auri folia superponantur, ac penicillo, seu bombyce applicentur.

Modus quidam, hactenus ignoratus, sed facilis, molendi Auri, uel argenti, pulcherrimi coloris, quod expoliri, & gummi illustrari potest.

Sumito foliorum auri tantum, quantum volueris, ponantur in crucibulum, vel testá, ad ignem: deinde sumito argenti viui, quater tátum, & similiter in alium crucibulum, vel testam ponatur ad ignem, sed non propè, vt tantùm calefiat. Auri verò folia tandiu ad ignem relinquenda, donec rubescere incipiant, sed non liquescant. Quibus factis auferantur ab igne crucibula, & misceatur argentum viuum cum auri folijs, miscendo aliquantulum simul, ligno aliquo: deinde subitò in scutellam aquæ plenam inijciantur, & fiat malagma. Verùm si aliter facere voles, folia auri, cum argento viuo, super lapide porphyrite conterátur, donec optimè fuerint mista, atq; contusa: deinde bis, terúe aqua communi lauentur, quod si parum aceti, vel succi limoniorum addas, optimè feceris:

ceris:

ceris: nã melius citiusq; permiſcentur. Itaq; hoc malagma quocunque modo paratum, ſumito, atq; per pannum lineum non rarum exprimatur, vt pars aliqua argenti viui exeat: vel exprimatur per damæ, ſiue agni candidam pellem, quod melius eſt: deinde quod in pelle hæſit, conteratur cum ſulphure viuo optimè prius contrito, tanto, vt dimidiam maſſæ menſuram non excedat. Quibus factis, ponatur in vaſe aliquo ferreo, ad ignem, optimè cooperto, ibiq; relinquatur, donec totum ſulphur combuſtum, & quod relictum, flauum, fuerit: deinde frigidum, in ſcutella aquæ plena, toties lauetur, donec auri colorem ſumat, & ſeruetur ad vſum.
Quando autem quis vti volet, addat tãtum aquæ roſarum, vel communis, in qua gummi Arabici diſſolutum ſit, quantum ſatis eſt: hæc miſce, & fiat liquor aureus, ad ſcribendum, & pingendum. Quo cum ſcriptum, pictumq; fuerit, fricentur literæ, dente aliquo leuiter, quod cum alio molito auro, quo omnes ferè pictores vtuntur, fieri nequaquam poteſt. Cæterùm hoc ſecreto, veterum quidam vſi ſunt, vt in quibuſdam veteribus libris videre licet. Verùm in poliendo, animũ adhibere oportet, vt etiam papyro ſuperaddita, fiat: deinde etiam abſq; papyro, præſertim literis non ritè lucentibus.

Ad Gummi faciendum (quam Vernicem uocant) pulcherrimum ad dictum aurum illustrandum, & omnia alia opera, coloribus infecta, & sine coloribus.

R. Belzoinum, inter duo folia papyri, cõtritum optimè, idq; in ampulla ponito, ac tantum aquæ vitæ superfundito, vt ad tres, aut quatuor digitos emineat, croci capillos quinq;, aut sex crassè cõtusos, vel integros, & relinquatur per vnũ, aut duos dies. Quod cum factum fuerit coletur, quo cum opera inaurata illustrare volueris, penicillo ea illinies, & fient lucida & pulcherrima. Hæc materia citò siccatur, atq; in multa durat secula. Quòd si argenti folia cõterere voles, facito, vt suprà dictum est, nisi quòd loco sulphuris, sal accipiendum erit. Quæ si gummi opera illustrare voles, sumito medullę belzoini: nempe partes illas albas in medio belzoini consistentes, quantum satis est, addendo tãtum aquæ vitæ, quantum suprà dictum est: crocum autem non adhibebis. Hoc gummi possunt illiniri varia, siue picta, siue non, vt mensæ, capsæ, præsertim ex hebeni, aut nucum ligno: item coria, siue auro obducta, siue non: quoniam non solùm lucida efficit, verùm etiam colores conseruat. Præterea cum statim exiccetur, neque pulueres, neque alias sordes admittit, quæ vel panno, vel

vel cauda vulpina abſtergi, atque auferri nequeat.

Modus terendi, ſiue molendi auri uel argenti, facilis, quo peritiores artifices utuntur.

Sumito folia auri, quæ in ſcutella aliqua vitrea cum iulapio roſaceo conterito, & miſceto digito medio, vt optimè miſceantur: deinde ſuper lapide porphyrite, aut marmoreo poſitis, rurſus probè conterantur, addendo aquam ſenſim: pòſt auferatur, atque in ſcutellam colligetur, lapide bene loto aqua, vt ritè colligi poſsit. Quibus ſic ſe habentibus, aurum bene digito lauetur: deinde cum in fundo reſiduum fecerit, aqua ſenſim auferri debet, aliaq́; ſuperinfundi calida, ac denuò lauari, hocq́; toties faciendum, donec iulapium, lauando probè ablatũ fuerit, aquaq́ue dulcis amplius non apparueri. Poſtea exiccatum aurum, in vaſe aliquo vitreo ſuper cinerem calidam poſitum, tandiu ſinendum erit: donec optimè calefiat: atq; colorem ſuum naturalem recipiat: quo facto contemperetur aqua gummi: & fiat liquor ad vſum.

Liquor Aureus, ſine auro.

Sumito ſucci florum croci recentium, vel ſi deſit:

Croci contriti

Auri pigmenti optimi, & lucidi
sing. part. j.

Misceantur, & terantur cum felle caprino, vel lupi piscis, quod melius est: deinde cum in vase aliquo sub fimo positum aliquandiu steterit, auferatur, & conseruetur liquor ad scribendum & pingendum, & habebis aureum colorem pulcherrimum.

Liquor Aureus ad scribendum, & ferrum, lignea, vitrea uasa, ossa, aliaq; auro obducenda.

Ouum recens natum alteraq; parte fractũ aliquo modo, vt albumen auferri queat sumito, atq; imple argento viuo & sale ammoniaco puro, atq; contrito, ita vt duæ sint partes argenti viui, & vna salis ammoniaci. Quod cum impletum, & ligno aliquo materia bene mista fuerit, cooperiatur foramen operculo suo, deinde cera: deinde dimidij oui cortice superadditis, ponatur sub fimo equino per vigintiquinq; dies. Quo deinde ablato, habebis liquorem aureum elegantissimum, ad scribendum, & pingẽdum quoduis. Quòd si nimis dura, spissaq; materia fuerit aqua gummi misceatur, & melior erit.

Alius modus ad idem facilis, & non multi pretij.

℞. Cortices arantiorum flauas, & ab interiorib. optimè purgatas, & contusas, sulphuris flaui, & lucidi in puluerem redacti, quantum

tum ſatis eſſe videatur: miſceantur, conterátur q; bene ſimul, & ponátur in phialam aliquam vitream in loco humido, per dies octo, aut decem, quæ deinde ablata ad ignem calefiat, & fiat liquor aureus, ad pingendum & ſcribendum.

Aliud ad in auranda quæuis metalla.

℞. Vernicis liquidæ lib.j.
Terebinthinæ
Olei lini ſing. ℥ j.

Miſceantur omnia optimè, & ſeruetur ad vſum.

Atramenti conficiendi modus optimus.

Sumito gallarum optimarum in tres aut quatuor partes inciſarum, vel leuiter contritarum, quantum volueris, quæ cum in oleo pauco, aliquantulum fuerint frixæ, ponantur in ollam vitreatã, ſuperinfundendo vini albi tantum, vt ad quatuor, vel plures digitos emineat: deinde adde gummi Arabici contriti lib.s. vitrioli contriti ℥. viij. miſceantur, & ponantur ad ſolem per dies aliquot, miſcendo quotidie. Poſtea cum aliquantulum, & ad ſufficientiam cocta fuerint, coletur, & erit perfectum. Cæterùm fæcibus relictis recẽs vinum addi poteſt: deinde coqui & colari, hocq; toties fieri poteſt, quoties

vinum non amplius à fæcibus tingitur. His quidem vinis ſimul miſtis, addantur gallæ, gummi, vitriolum, recentia, vt ſupra: deinde cum rurſus ad ſolem poſita, demumq; cocta fuerint, multo melius erit, quàm prius. Quo enim ſæpius iterentur hæc, eò etiam melius euadit atramentum. Quòd ſi attramentum ſpiſsius, quàm par eſſet euaderet, addatur parum lixiuij, & fiet fluidum. Si verò nimium eſſet fluidum, addatur gummi Arabicum. Cæterùm gallas paruas, criſpas, duras eſſe oportet, quemadmodum vitriolum coloris cœrulei; gummi præterea lucidum & friabile.

Atramenti puluis, quem quiſque proficiſcens ſecum ferre poteſt, modò aqua uel uino contemperetur. Hic etiam puluis reddit atramentum perfectius.

Sumito nucleos perſicorum, vel armeniacorum, vel amygdalarum, ſiue dulcium, ſiue amararum, & ponantur ad ignem, donec candeſcant, auferantur, & ſeruentur. Quo facto, ſumito reſinæ piceæ, quantum ſatis eſt, ponatur in vas aliquod, vel ollam ad ignem, & cum candela vel carbone, accenſa fuerit, cooperiatur cooperculo aliquo, ita vt ſpirare, nō extingui, ſed fumus optimè recipi poſsit: deinde cum reſina omnino conſumpta,

ſumpta, vaſaq; frigida fuerint, abſtergatur fumus in operculo hærens, & ſeruetur. Quòd ſi quis tantum laboris, pro conficiendo ſumo ſumere nollet, emat ab ijs, qui impreſſorum atramentum conficiunt. De hoc itaq; fumo ſumito part. j. pulueris nucleorum, ac cenſorum part. j. vitrioli, part. j. gallarum frixarum, vt ſuperius dictum, part. j. gummi Arabici part. iiij. Redigantur in puluerem, cribrentur, & miſceantur, fiatq; puluis in corio ſeruandus. Quando autem vti voles, ſumito huius pulueris parum: cui adde aliquãtulum aquæ, vel vini, vel aceti, & miſce bene & vtitor. Atq; ſic habes atramentum repentinum, quod quiſq; ſecum, abſq; effuſionis periculo ferre poſsit. Quòd ſi hic puluis addatur attramento non bono, perfectiſsimũ reddetur.

Atramentum paratu facile, neque magno pretio: præterea non ſolùm ad ſcribendum, uerùm etiam ad libros imprimendos, aptum.

R. Eius tincturæ, qua coria tinguntur, quãtum volueris, fellis ſepiarum, quantum ſatis eſt, miſce, & fiat atramentum. Verùm ſi melius efficere voles, adiungito prędictum puluerem ex illis carbonibus, vitriolo, galla & gummi. Hoc etiam atramento libri imprimi poterunt: præſertim ſi aliquantulum vernicis, & olei lini addatur, vt liquidius & te-

nacius fiat. Cæterùm atramentum pro imprimendis libris, ex solo fumo resinæ conficitur, vt suprà dictum est, addendo vernicis liquidæ quantum satis est, & coquendo parum, fiat atramentum, vel liquidius, vel spissius, vt res ipsa poscere videbitur. Nam hyeme liquidius, ęstate firmius esse debet. Quòd si liquidius efficere voles, adde plus olei lini: si verò durius, minus olei, & plus fumi, meliusq; coque. Verùm durius atramentũ, elegantiores efficit literas. Quòd si rubrum atramentum conficere cupias, loco fumi, sumito cinnabaris, optimè contriti, quantum volueris: si verò viride, ęris florem accipito: si cœruleum, vt paucis retro annis vtebantur, sumito cœruleum Germanicum, vel enchaustum vitreum, quod Venetijs habetur. Reliqua fiant, vt in communi attramento dictum est.

Liquor ad scribendum tanto candore præstans, ut papyrum uincat, in eoq; legi poßit.

Sumito ouorum cortices optimè lotas, easq; super porphyrite, vel marmore, cum aqua conterito, & in scutellam positas, sinito, donec in fundo materia resideat: quo facto, sensim auferatur aqua materiaq; vel per se vel ad solem siccetur, seruet urq;. Quando autem vti voles, accipito gummi ammoniaci, exempta flaua cortice, quantum satis est,

ponatur

ponatur in aceto diſtillato, per noctem vnâ, donec diſſoluatur: deinde coletur, cui addatur aliquantulum, prædicti pulueris, & fiat liquor omnium albiſsimus ad ſcribendum & pingendum. Hoc etiam liquore, primaria quædam fœmina Itala ad faciem dealbandam vtitur, propterea quòd abſque vlla aliqua læſione cutis, & dentium, ita faciem albam reddit, vt non illita, ſed natura ſic eſſe videatur. Verùm ſi ad faciem vti velis, liquorem multò rariorem & tenuiorem eſſe oportet, vt melius penetrare & durare queat. Cæterùm ſi ad hunc effectum aliquantulum talci combuſti, vt ſequenti libro docebitur, addideris, optimum feceris.

Puluis abſtergens Atramenti maculas, uel literas ſcriptas in papyro, quæ res ſcitu eſt pulcherrima, atque commodiſſima.

℞. Ceruſſæ optimè contritæ,
Lactis ficuum ſing. q. ſ.

Miſceantur, & fiat maſſa, quæ cum exiccata: deinde rurſus imbuta lacte, atque ſic ſexies factum fuerit, fiat puluis & ſeruetur. Quando autem atramentum vel literas à papyro auferri velis, ſumito pannum linteum, aqua imbutum: deinde expreſſum, ponatur ſuper atramentum, vel literas, tandiu, donec humecta ſint. Quod cum factum fuerit, puluis prædictus, ſuperaſpergatur, relinquatur ſic

ſic per noctem vnam: deinde manè cum pãno aliquo linteo ſicco, fricetur leuiter, quo facto, papyrum candidiſsimam videbis, & ad ſcribendum aptiſsimam. Quòd ſi omnino deletum atramentũ non eſſet, iteretur vt prius, & fieri nequit, quin auferatur. Quòd ſi attenuata charta nimium ſit, ea frictione glutine, quo ligna ferruminantur, leuiter liquefacto, ceruſſæ vel farinæ puſillo admixto, denſabitur.

Modus parandi Vernicem, ad membranas, ſiue papyrum leuigandam, qua utimur ad ſcribendum: quæ melior eſt, & pulchrior ea, qua uulgò utuntur: nec ut illa uulgaris male olet.

Vernix, qua ſcriptores vtuntur ad conficiendos libros, eſt gummi iuniperi in puluerem redactum. Ex hoc etiam gummi cum lini oleo cocto, liquida vernix conficitur. Vtuntur ſcriptores prædicta vernice cõtrita, vt melius atramentum ſuſcipiat charta, nec perfluat. Verùm ſi meliorem, atque minore pretio parare voles, ſumito ouorũ cortices, mũdatas, & leuiter cõtritas, eaſq; in olla aliqua bene cooperta, in fornace, vel figuli, vel vitrearij, tãdiu ſinito, donec optimè in calcẽ ac cinerem vertatur: deinde cribrentur, & fiat puluis albiſsimus. Quum autem vti voles, ponatur aliquantulum ſuper papyrum, atq; leporino pede hinc inde ſpargatur, atq;

quod

quod reliquum eſt, abſtergatur, & ad ſcribẽdũ reddetur optima. Verùm ſi poſteaquàm ſcriptum eſt, & exiccatum, puluerem auferri deſideres, aliquantulum cum medulla panis fricetur, & abſterget puluerem omnem.

Liquor ad formandas lineas, quæ deinde, cùm superſcriptum fuerit, auferri queunt, ita ut nullo modo amplius appareant.

Sumito tartari ad albedinem vſque vſti tantum, donec ad auellanæ magnitudinem, accedat, diſſoluetur in ſcutella aquæ plena: deinde fiat colatura, cui adde lapidis lydij. in tenuiſsimum puluerem contriti, tantum, quantum ſatis eſſe videtur, miſce & fiat liquor ad formandas lineas, quas cum auferri velis, fricetur papyrum cum medulla panis duri, & auferentur, ita, vt ne veſtigium quidem reliquum ſit. quod eſt arcanum, ſcitu dignum, & admodum vtile.

FINIS LIBRI QVINTI.

D. ALEXII PEDEMONTANI DE SECRETIS.

LIBER SEXTVS.

Modus sublimandi Mercurij, siue argẽti uiui, quo utuntur aurifices, alchimistæ, mulieres, atq; alij.

R. Argenti viui lib.j.

Ponatur in scutellam ligneam, addito aceti, & salnitri pusillo, miscendo bene, atque mortificando: quibus factis addatur,

Salis communis contriti, lib.s.
Salnitri in puluerem redacti ℥.iiij.
Aluminis vsti & triti, lib.j.s.

Misceantur bene, & ponantur in cucurbitã lutatã, ad collum vsq;, & alembico superaddito distilletur in cineribus, primò igne lento, quousq; humiditas omnis exierit, quæ conseruanda erit. Valet enim ad multa & varia, præsertim ad macerandum, & subigendum argentum viuum. Humiditate exẽpta, augeatur ignis continuè, donec argentum viuum conspiciatur album, id est, donec videatur supra fæces manere, vt albus panis. Quòd si velis vt plus ascendat ad collum vsq;, papyrum circum eam partem, quæ foris nuda apparet, ponito: deinde igne plus

aucto videbis paulatim aſcendere ad ſuperi
ora Mercurium ipſum, ad formã campanæ.
Quibus deinde frigefactis, atq; alembico
ablato, eximatur cucurbita, atq; mundetur
forinſecus, ne fracta, aliquo modo argentũ
vitietur, demum frangatur cucurbita, vt ar-
gentum colligi queat, verùm ita vt à fumo
non lædatur. Cæterùm hac ratione poſſunt
fieri maſſæ ducentarum librarum in vna cu
curbita, modò debita materiarum propor-
tio ſeruetur. Porrò materia in fundo relicta:
nempe fæces terantur, & in aqua feruenti
diſſoluantur, colenturq; : deinde coquãtur,
& ſiccentur. Remanebit enim in fundo ma-
teria, ſali ſimilis, ex ſale, alumine miſta. Valet
enim hoc ſalnitro ad ſublimandũ argentum
viuum recens: addito aceto, vel loco aceti,
aqua per ſublimationẽ diſtillata. Cæterùm
argentum viuum hoc modo cũ alumine ſu-
blimatum, magis conuenire videtur mulie-
ribus, ad faciem eorum venuſtam redden-
dam, quàm ſi aliter abſq; alumine eſſet ſubli
matum, quorum tamen neutrum conſulo.
Nam multò melius erit, vt aliqua ex ijs, quas
ſuperioribus libris deſcripſimus, ad faciem
vtãtur, quàm argẽto viuo ſublimato. Quòd
ſi ad alia cõponatur, & nõ ad faciem, ſed pro
aurificibus, alchimiſtis, & varijs medicinis,
melius erit, ſi pro alumine, vitriolum crudũ
ponatur, quod plurimùm mulieribus nocet.

Maior nanq; pars horum artificum vitriolo vtuntur, propterea quòd minoris emitur, & ad plura conducat, quàm si cum alumine esset paratum, quod nulli rei vtile esse potest, nisi mulieribus. Sunt præterea maligni homines quàm plurimi, qui conficiunt argentum viuum sublimatum, cum arsenico crystallino, qui ob exiguum quæstum, se maximo scelere astringunt: quoniã prçter quàm, quòd plurimarum mulierum, hoc vtétium, facies, in maximum tumorem attolluntur, tympani instar, fieri interdum potest, vt vel siderentur aliqui, vel omnino interimantur: quò magis talia medicamenta sunt vitanda. Porrò supra dictum argentum viuum sublimatum cum alumine, vel vitriolo, denuo & facilè sublimari poterit, si modò pro qualibet libra sublimati argenti, addantur salis, vel aluminis vsti, vel calcis viuæ lib. s. deinde in cucurbitam ponantur ad sublimandũ, vt prius. Nam citius sublimabitur, pulchrius meliusq; euadet: quanto enim sæpius sublimatur, tantò citius pulchrius euadit. Alchimistæ præcepta Geberis, D. Thomæ, aliorumq; philosophorum sequentes, tantum sæpè laboris in sublimando sumunt, vt id fixum reddant: suntq; qui centies, atque etiã ducenties sublimarunt: quorum omnis labor irritus tandem fuit, quod quidem certũ est euenire, quòd semper fæces, nempe alu-

men,

men, vel ſal, vel vitriolum, vt dictum eſt, addiderint: & cum ignis natura ſit, volitantia ſiſtere, atq; conſtringere, conſtat, quo ſępius ſublimata fuerint, eò etiam duriora effici. Verùm ea pars, quæ paulatim conſtricta erat, cum ferè fæcibus permiſceretur, nuſquã apparebat. Quare hi, cùm cauſas, & modos, vt par eſt, non conſiderarent, viderent autẽ ſublimatum paulatim deficere, aut euolaſſe, aut igne conſumptum credebant potius, quàm fæcibus eſſe permiſtum. Itaque cùm philoſophicè quis fixando ſublimato, progredi vult, oportet, vt ter, vel quater, cum ſale, vel alumine vſto, vel calce viua, vel talco, vt antea dictum eſt, ſublimetur. Nam ſic, nõ ſolùm ab omni terreſtri materia, verùm etiã à qualibet redundanti humiditate purgabitur. A materia quidem terreſtri expurgatur: quoniam remanet in fundo cucurbitæ vnà cum reliquis fæcibus, id eſt, cum ſale, alumine & vitriolo. Ab humiditate verò ſuperflua: quoniam partim per euaporationem, vnà cum aceto reſoluitur, partim per iteratam ſublimationem, ignis naturam aliquo modo aſſumit; quæ cauſæ potiſsimum ſunt, vt fixius reddatur, quæ duo fixionis præcipuæ ſunt partes, aut potius ſolæ. Neq; quicquam, in hoc propoſito, rem eſſe fixam intelligimus, quantam excoctam eſſe, tantamq;, cum igne habere ſocietatem, vt neq;

fugiat amplius,neq; quouis modo igni absu matur. Quare cum ter quaterùe sublimatũ fuerit,vt dictum est,sublimetur per se, absq; reliquarum additione,toties,donec in fundo fixum remaneat,neq; ignis vlla iam vi fu giat,& minuatur. Verùm si citius, faciliusq; parare voles,hac securissima,ac philosophica via procedito:nẽpe ter, aut quater sublimatis,vt dictum est,adiungatur quarta pars argenti purissimi,calcinati,vt inferius doce bitur:quibus deinde optimè mistis, & subli matis,misceantur simul:nempe illud, quod sublimatum est,cum illo, quod infundo relictum est,& cõterãtur: deinde rursus sublimentur.hoc quidem toties faciendum, quo ties non amplius ascendat,sed infundo ma. neat,etiam igne vehementiore. Atq; sic erit perfectum album,mundum,fusile & penetrabile.Quòd si quis maiorem copiam facere velit,neq; argenti optimi, quartam partem addere possit, sumat partem aliquam, ter aut quater sublimati:cui addatur deinde quarta argenti puri pars, & sublimetur, vt jam dictum est.Quibus factis, sumatur hoc argentum sublimatum fixum, cui addantur argenti viui,prius sublimati,non fixi,partes tres,misceantur,& sublimentur,vt suprà dictum est,donec fixum remaneat.Quòd si ad huc maiorẽ copiam facere voles, rursus par tes tres non fixi, huic addito, atque rursus,

vt prius

vt prius facito, donec fixum euadat, atq; sic deinceps procedendo, donec satis magnam habueris copiam. Modus autem hic melior est, quàm si semel totum sublimetur. Quoniam sæpius volatile fixum reditur, & fixũ volatile, id quod philosophi commendant: nam fusibilius, penetrabilius, & maioris virtutis efficitur. Atq; omne secretum consistit in hac via sublimandi, vt nunc diximus, quã primi philosophorum, & excellens ille Geber, sequuntur, nisi quod occultè admodum teneant, vtrum sublimari debeat, quanuis argentum viuum dicat, tamen aliud quiddam intelligit, quod etsi similitudinem cum argẽto viuo habeat, tamen natura, ad perfectiorem gradum adductũ esse constat: quemadmodum exempli gratia, pasta ex farina constat, non prima ratione sed ad perfectius reducta. Cæterùm hæc alta scientia, aliundè esse non potest, quàm à solo Deo, qui omnibus, quibus vult (vt omnes testantur philosophi) eam largitur, & subtrahit.

Modus parandi Cinnabaris, etiam si massas centum, ducentarúmue librarum, uel plus habere uelis, similes ijs, quæ ex Germania uehuntur, omnibus Italis adhuc incognitus.

Omnes, qui secretis, & rebus metallicis delectantur, artem conficiendi cinnabaris agnoscunt, sed in parua admodum copia, vt

duarum aut trium librarum. In Germania verò & Gallia inueniuntur quidam, grandes facientes maſſas, quas in Italiam aduehunt. Quare cum ipſi occultum hoc teneát, nos ad communem vtilitatem, in publicum edere voluimus. Sumito argenti viui, part. ix. ſulphuris citrini, part. ij. quidam ſumunt iij. alij. iiij alij cum argento viuo æquant pondera. Nam ad pingendum, ſulphuris copia obeſſe nihil poteſt, quin potius, cinnabaris accendit ruborem: ad alia verò, tres aut quatuor vnciæ ſulphuris, in ſingulas argenti viui libras, ſatis ſunt. Sulphur in patella, ſiue olla aliqua ampla, ad ignem ponatur, vt liqueſcat, liquatum ab igne remoueatur paululum: deinde poſito argento viuo in panno aliquo, addatur ſulphuri, ſenſim comprimendo pannum, & continuò miſcendo, donec optimè permiſtum, frigidumq; fuerit. His optimè miſtis & frigefactis, materia eximatur, cótundatur, atq; ſubtilietur conteratur: deinde cribretur, & fiat puluis, de quo ſumito tantum, quantum volueris, & ponatur in amplam cucurbitam vitream, luto ſapientiæ obductam. Verùm cucurbitam plenam eſſe non oportet, ſed ad quartam ſolùm partem. Quibus factis, ponatur cucurbita in fornace, ſuper cineribus, & coquantur, primo igne lento per horas tres, deinde aucto. Verùm ſi magnam copiam efficere voles, adde

ſenſim

ſenſim puluerẽ alium, miſcendo ſemper baculo aliquo cucurbita continuè ſuper igne ſtãte. Sed vt res perfectè fiat, infundibulum in cucurbita ſitum eſſe oportet, per quod baculus, in ſuprema parte, circum luto obductus, ita vt infundibuli os, cum demittitur baculus obturet, quo continuè materia permiſceri queat. Quibus factis, ac primò puluere ad ignem, per horas quinq; cocto, donec vel omnino, vel pars aliqua eius ſublimata fuerit, addantur duo cochlearia recentis pulueris, calidi, attollẽdo baculum, vt inijci queat: deinde rurſus demittendo. Ponitur autem baculus, vt alius puluis inijci valeat: nam niſi poneretur cucurbitæ os, ita à puluere adhærente obſtrueretur, propter ſublimationem, vt alius addi non poſſet. Atque in hoc tota ars conſiſtit, ad cõficiendas maſſas, quantum vis magnas. Si enim materia ſimul inijceretur, tunc antequàm materia ſublimaretur, cucurbita ipſa fornaxq́ue liqueſceret. Quare per partes ponenda erit, vt cum prima pars cocta, atq; cucurbitę circum adhæſerit, alia addatur, atque in fundo cucurbitæ coquatur, donec itidem vt prima adhæreat atque rubeſcat. Atq; ſic continuè addendo puluerem, fiet maſſa cinnabaris inſignis, cuius in medio foramẽ erit, à baculo contractum. Quòd ſi foramen quoq; obturare voles, addito puluerem, baculo prius

extracto: deinde ore cucurbitæ obstructo, coquito tandiu, donec puluis in medio quoq; sublimetur, adhæreat, & obstruat foramen. Atq; hic est modus conficiendi cinnabarem optimus, atque in Italia huc vsque incognitus. Cæterùm hoc animaduertentum videtur, vt baculus aliquando moueatur, attollaturque ne puluis adhæreat, obstruatque infundibuli foramen: præterea si ignis quoque magnus atque continuus sit, nihil nocebit.

Chrysocolla, quam Boracem uocãt, quomodo purganda, & multiplicanda.

Quam nunc boracem appellant, ab antiquis chrysocolla dicebatur. cuius duo genera fuêre, & naturale, & artificiale, vt ex Dioscoride, Plinio, alijsq; constat. Ea vtebantur in quibusdam medicinis, atq; ad aurum con solidandum, qua etiam hodie vtuntur. Inest enim ei vis quædam, liquefactionem metalli ad consolidandum accelerandi. Vtuntur etiam hac nostri, ad auri & argenti scobem liquefaciendam, atque in vnum corpus cogendam. Præterea & mulieres quædam, ad faciem dealbandam, & cutem mollem, venustamq; reddendam, propterea quòd neque dentibus, neque cuti, vllam perniciem afferat. Apud veteres reperiebatur viridis chrysocolla, quæ hodie neque inueniri neq; parari

rari poteſt. Habetur quidem à noſtris alba vna, altera nigra, quæ fortaſsis nonnihil ad veterum viridem alludit. Alba, in fruſtula longa formata, & neruoſa, alumini ſimilis eſt, ita, vt vel plurimi decipiantur, vel alios decipiant. Nam ſuper ignē depoſita ebullit, atque inflatur, remanet poſtea alba, ſpongioſa & fragilis, aluminis inſtar. Cognoſcitur autem differentia à peritis, inter alumen & chryſocollam, tribus modis: quorum primus eſt, ex ſapore ſumptus: ſiquidem aluminis ſapor, quodammodo ſubacris & aſtringens eſt, cum neutrum horum chryſocollæ inſit, ſed ferè ſaporem inſipidum contineat, vt medius ſit inter oleum & lactis ſerum. Quare plurimi impoſtores, cum alios decipere volunt, ponunt aluminis fruſta, in oleo amygdalino, & lactis ſero. Sunt prętерea ex ijs, qui addunt mel, vel ſaccharum, vt ſapor acris, aſtringensq́ue aluminis obtundatur. Reperiuntur & alij, qui ad ignem liquant res prædictas, addendo ſalnitrū, ſodam herbam, ex qua alumen catinum conficitur, vel ſal alcali, tartarum, alumen ex vini fæcibus: deinde in loco frigido formant lapillos, ſimiles chryſocollæ, ſed aliquo modo differentes. Nam chryſocollæ lapilli ſunt longi, aluminis verò quadrati. Secundus modus, alumen, cum vſtum ad ignem fuerit, plurimum materiæ relinquit vſtę, ita vt plus, quàm an-

tea esse videatur, id quod in chrysocolla minimè conspicitur: minimum enim quod ab vstione relinquitur, existit. Tertius denique modus, quo alumen à chrysocolla dignoscitur, est, quòd metalla alumen neque liquet, neque ita bene consolidet, vt chrysocolla. Nam quòd etiam aliquo modo liquefaciat, id accidit virtute salnitri, salis alcali, & tartari, quæ aliqua ex parte colliquationem iuuát. Cæterùm cognosci potest ex hoc, quòd salnitrum ad ignem positum, stridet, & scintillat. Quidam ex prædictis misturis in sero lactis dissolutis, & in lapillos congelatis, componunt lapides, verùm sapore salsos, lucidos, & in liquando nimis vehementes. Quare volentes aurum consolidare, aut argentum, ipsum aurum vel argētum vnà dissoluunt. Quæ saccharum in se continet, auro vel argento semper inducit maculas. Fiunt etiam compositiones quædam, quę etiā si vim, vt chrysocolla, consolidandi & colliquandi obtineant, tamē forma & sapore differunt, quarum aliquas paulò pòst recensebimus. Sed vt ad veram & perfectam veniamus chrysocollam, quæ nostris temporibus inuenitur, dicimus, superioribus annis consueuisse ex Alexandria aduehi doliola quædam, adipe quodam plena, in medio lapides paruulos continente, quod pastam chrysocollæ nominant, quam Arabum scriptores quidam

quidam veteres : nitrum Alexandrinum appellant. Hisce verò temporibus ex occidente quoque aduehitur, nescio qua de causa an scilicet ibi facta sit, vel aliunde: nempe ex India apportetur, propter quòd magnam superioribus annis hîc fuisse penuriã, intelligerent. Eo enim tempore, vncia vna, vendebatur coronato vno, quo nunc libra haberi facilè potest. Modus autem parandi, ijs in locis, sic se habet. In auri & argenti, atque etiam æris fodinis, aquam quandam inueniunt, quæ (quemadmodum ego ipse nõ solùm vidi, sed etiam expertus sum) per se ipsa est apta, atque perfecta ad consolidandum, liquandum, vel aurum, vel argentum, id quod etiam in Germaniæ quadam parte superiore, comperi, vbi similis aqua inuenitur, omnibus adhuc incolis incognita. Sumunt hanc aquam, vnà cum fæcibus, quam coquunt ad certum spacium, quæ sic colata, spatio temporis, in lapides paruos, salnitro haud absimiles, cogitur. Quoniam autem hi lapides consistere sic nequeunt, sed dissoluũtur, fit, vt his lapidibus, vnà cum suis fæcibus, in fundo relictis, tanquam nutrimento, axungiam porcinam, vel alterius animalis pinguedinem addunt. Hoc facto, ad fodinas sese conferunt, ibique fossam amplam faciunt, cuius fundum ea materia insternunt, & super hanc lapillos, quos diximus, collocãt:

deinde rurſus adipis maſſam, mox iterum la pillos, atq; ita pergunt ad eam, quæ placet altitudinem, alterũ ſuper altero collocãtes, ſic tamen vt extremũ ſtratum ſit ex illa pingui materia: ibi per menſes aliquot apertã relinquunt, quanquam pleriq́;, hęc omnia domi in terra, aut in amplis vaſis faciunt. Quũ autem libet vẽdere, atq; aliò mittere dolia, vel parua vel magna, vt videtur, ea materia vnà cum lapidibus replent, & hoc paſtam chryſocollæ, ſiue boracis appellant. Mittunt etiã ex iam dictis locis chryſocollam, aut lapillos abſq; iam dicta paſta, ſed eo paratos modo, quo iam diximus: quoniã ab hinc triginta annos, maior copia factitij, quàm eius pinguis maſſæ afferebatur, propterea, quòd in Italia ea vti neſciebant, nec reparare aut purgare lapillos norant: itaq; nullus erat ferè eius vſus, præterquàm in quibuſdam diſtillationibus, ad fucus muliebres eliciendos. Verùm tãdem quidam Venetus, & mulier quædam ab ipſo edocta, id refingere & conficere cœperunt, atq; inde magnum quæſtum facere, donec paulatim conficiendi modus & alijs cœpit innoteſcere: quanuis alijs magis, alijs minus. & forte pauci ſunt, qui ea facilitate, & bonitatè facere norint, quàm nos hîc perfectè trademus. Sumito itaque hanc maſſam, eam inquam, quæ plurimos in ſe lapillos continet, & rancida minimè eſt: quo-
niam

niam indicat esse veterem, & lapillos esse comminutos, atq; magna ex parte consumptos: deinde in libras decem pastæ, aquæ tepidæ mediam situlam misce, & pone in vase aliquo testaceo, manibus bene pinsando, & miscendo, panis in morem. Quod cum factum fuerit, coletur optimè, lapidesq; in cribro relicti eximantur, ponanturque in catinum, superinfundendo oleum oliuarum, vt in acetarijs conficiendis fieri solet: deinde cum ad solem bene purgati, & vncti manibus fuerint, ponãtur in sacco, misceanturq; probè, quomodo sacchari confectiones solent, & seruentur in ligneis vasis, tanquam optima chrysocolla. Quòd si reficere & multiplicare voles, sumito aquam illam colatã atq; ad ignem lentum coquitò, ad perfectã vsque confectionem, spumando tam fæces, quàm spumam accuratè. Coctionem autem esse perfectam, tribus modis licet cognoscere, primò, si aquæ gutta super vnguem posita non difluit: secundò, ad modum syruporum, si in charta hæreat, aut, quod est tertium, si funiculus in ea intinctus, & inter digitos ductus, asperitate quadam digitos tentarit: si cocta fuerit, cacabus ab igne auferatur, & operculo, ad hoc aptè parato, ne quid sordium ingredi queat, operiatur: mox in furfuris cumulo sepeliatur, superque furfur, crassioribus pannis, aut lodice, aut culcitra,

presse admodum, contegatur: posses etiam fimo calenti, per octo vel decem dies condere. Quod cum factum fuerit, auferatur, & inuenies pinguedinem quandam, siue crustã, in superficie, quam desumptam, sepones. inuenies præterea tanquam glaciei frustula, quæ pariter exempta, inque alio vase posita, aqua diligenter elues, & in vmbra siccabis. Quo facto, illos lapillos, qui in setaceo cribro remanserant, cum his nouissimis misceto: inde aluminis ex vini fæcibus albi, sed non ex eo, quod pro specimine proponi solet (nam id inutile est) sed ex optimo, lib. iij. salnitri ℥. viij. aquæ cõmunis situlas tres, misceantur & ponantur ad ignem lentum, despumando bene, donec perfectè vt prius cocta fuerint. Quo facto, auferatur ab igne, & reponatur, donec optimè resideat, tum sumito huius aquæ situlam vnam cum dimidia, ponatur ad ignem lentum, & cum ferue re incipit, addito prædictæ pinguedini, vel crustæ, siue cutis, superius exemptæ, lib. vij. s. coquantur quantũ satis est, vt prius, Tum ab igne remouebis, ponesque in ligneo vase aliquo, supraque vas duos baculos, decussatim collocato, ê quatuor baculorũ angulis, singulos funiculos alligato, sed vt funiculi tendantur ad singula capita, plumbi frustum appendito, ac sic in materiã demittito, ita tamẽ, vt à fundo digitos quatuor ab-

ſint: hoc autem fit, vt materia ad funiculos adhæreſcat. His rebus adminiſtratis, eo modo condes, vt aliud ſupra feciſti. Hoc autem in ſacco, id eſt, in fouea non ponitur, ſed vbi eximendum erit, quod funiculis adhæſit, pēna oleo imbuta linitur, reliquum verò cacabo adhærens, oleo erit conſpergēdū. Cæterùm lapilli, qui eximentur, non ſint minores auellanis, qui autem minores ſunt, relinquātur in aqua, ac rurſus coquantur, vt ſupra: atq; ſic continuando, donec omnis aqua, in chryſocollam conuertatur. Verùm hoc notandum videtur, vt primæ inaſſæ in aqua tepida diſſoluendę addatur, ciceris inſtar, coaguli leporini, quo melius reliquæ chryſocollæ partes coagulentur.

Aqua fortis, facilis, & alijs præſtantior.

R. Aluminis & vitrioli, aut ſalnitri, aut horum trium ſimul vſtorum, ſing. part. j. redigantur in puluerem, miſceantur & ponātur in cucurbitam, luto obductam: deinde in vas recipiens, duæ vnciæ aquæ, in ſingulas libras pulueris. Quod cum factum fuerit, collocetur ita cucurbita, vt propendeat: atque ita ſine operculo, cum vaſe recipiente ori cucurbitæ, farina, & ouorum albis copuletur, ne vllo modo reſpirare queat. Sitque vas recipiens in aqua frigida ſitum, & conti

nuè desuper linteis madefactum. Nam sic fiet, vt spiritus cum ipsorum aqua, melius copulentur, nec adhæreſcant recipienti. Quibus adminiſtratis, ignis accendatur, primò quidem lentus, & ſub cucurbita tantùm, donec materia diſſoluatur: deinde augeatur, atq; etiam ſupra cucurbitam ponatur carbones accenſi, augeaturq; ignis, vſq; ad horas quinq;, aut ſex. Tunc ſinito, vt frigeſcat: poſt eximatur aqua, & ſeruetur ad vſum, in vaſe aliquo probè obturato. Verùm ignis ita inſtruendus erit, ne vas recipiens, aliquo modo ab eo corrumpi queat. Quòd ſi fortiorē aquam conficere voles, addito ſalnitri partes duas.

Modus ueræ artis proplaſtices, ad Numiſmata, aliaq; omnis generis, mediocriter extantes formas, ex metallo quouis, aut etiam cryſtallo, uitro, marmore, ſingendas.

Ante omnia terram, in qua formæ imprimuntur, in promptu eſſe oportet, quæ cum variè conficiatur, nos tantùm varia genera, eaq; omnium optima ponemus: vt ſi vnum haberi non poſsit, his quæ haberi poſſunt, vtamur. Illud tamen primum ſciendum eſt, ex ijs quæ hîc ponemus, ſingulis per ſe, aut ex aliquot miſtis, aut omnibus ſimul, nos vti poſſe. Sunt enim omnes optimæ. Caput totius artis eſt, vt materia in qua formæ imprimun-

primuntur, ſit ſubtiliſsima, & ferè impalpabilis: quoniam effigies in ea exprimuntur nitidius: deinde etiam facilius in ſe omnis generis metalla recipit abſq; corruptione, optimeq́; cum magiſtra permiſcetur, ita vt ſiccata, durior euadat. Poteſt denique ad plurimas fuſiones ſufficere, ita vt nō ſtatim à prima fuſione frangantur, ſitq́; alia materia paranda. Cæterùm ad plumbeas formas fingendas, quælibet terra commoda eſt: modò tenuiſsima, beneq́; cū magiſtra ſubacta ſit, vt dicetur.

Terra prima, infundendis Metallis apta.

R. Lapidis Smyris, quo omne armorum genus extergitur, quantum ſatis eſt, conteratur optimè, & igni candeat, vt inferius docebitur: deinde madefiat ad modum paſtæ, fiant typi ad fingenda numiſmata. Poſſunt autem hi typi in multos annos incorrupti eſſe, ſi diligenter conſeruētur: qui ſi tandem frangerentur, rurſus conteri debent, atque cum magiſtra miſceri: ea enim ratione ſubinde meliores euadunt.

Secunda.

Sumito fruſta vaſorum, ex argilla Valentina, vel Treguedana, quibus vaſis vitrearij, vitrum liquefactum, in fornace cōtinere ſolent. Erit autem melius, ſi quis eorum vaſo-

rum fundum, aut vas ipſum à medio ad fundum, abiecto tamen prius vitro circum hærente: vel ſi hæc haberi non poſsint, ſumantur ea, quæ poſſunt. Sumito igitur aurificũ crucibula noua, tot, vt eorum vaſorum, quæ dixi, fruſta, pondere æquent. hæc omnia ſimul in æneo mortario conterantur: deinde ſuper lapide porphyrite, vt colores ſolent, cum aqua molantur: & ſubinde recoquendo attenuetur puluis, vt infra dicetur, ſeruetur in ſcorteis ſacculis, aut ligneis arculis, probè concluſis, ne ſua tenuitate in aerem euolet.

Tertia.

℞. Teſtarum tellinarum, vel chamarum marinarum.
Corticum ouorum, ſing. tantundem,
Accendantur vt igni candeant, & vt prius dictum eſt, de alia argilla, terantur ſæpius, & eodem modo ſeruetur.

Quarta.

Ferri ſcobem, aut ſquamam, aut vtranq; puram & mundam, in ferrea caſside, alióue firmo, ad ignem vaſe, collocato, acetum optimum ſuperinfundito, ad ignem per horas octo habeto. Quo facto, rurſus acetum infundito, igni accendito vt incandeat, molatur

tur pòst, atq; eadem iterentur, vt in aliis est dictum, & seruentur.

Quinta.

R. Pumicis igni candentis, quaterq; in aceto extincti, part. j. scobis ferri, part. ij. misceantur, & igne candescant vt suprà: deinde trita aliquoties, recondantur vt alia.

Sexta.

Sumito ossa veruecis, præsertim capitis quæ meliora sunt, combusta: deinde trita, & cribrata, quantum satis est, ponantur in vase aliquo ferreo ad ignem tandiu, donec optimè candescant, tum addito tãtum seui, quãtum manu comprehendi potest: misce benè ferro aliquo, vt seuum vnà cum puluere cõburatur: deinde sic ad ignem relinquatur, per horam dimidiam. Quibus factis, auferatur ab igne, conteratur, igne candidum fiat, humecteturq;, quibus sæpius iteratis, subtilissima perfectissimaq; euadet.

Septima.

R. Ossium sepiarum vstorum, tritorum, & cribratorum quantum satis est, & fiat modo quo iam dictum est, de veruecis ossibus. Fit præterea argilla hæc, ex quadam terra, quæ Tripoli affertur: item ex vitium cineribus, ex charta combusta, ex equino stercore arido, atq; vsto, ex lateribus, bolo armeno,

terra rubra, atq; huiusmodi alijs, quæ nun-quam igne liquescunt, neq; dissiliunt, neque squamas, siue crustas faciũt, sed perpulchrè quasuis formas recipiunt.

Modus reducendi prædictas terras, ad tantã subtilitatem, ut fermè tactum ipsum non recipiant.

Sumito pulueres prædictos, siue terras, quas primò optimè conterito, & cribrato, deinde in vase aliquo firmo ad ignem ponito, tandiu donec candescant, rursusq; conterito, vt prius cum aqua vel aceto. Quod cum sexies factum fuerit, ponatur in catino vitreato, superinfundendo tantum aquæ, vt ad quatuor digitos emineat, misceantur parum, baculo aliquo mundo, vt turbida fiat aqua: deinde pauxillũ sic relicta, aqua auferatur sensim, ponaturq; in alio vase mundo. Quo facto, recens aqua super materiam infundatur, misceaturque, vt prius donec turbida reddatur: deinde cum rursus aliquantulum quieuerit, sensim auferatur, prioriq; aquæ ablatæ addatur. Hoc autem tandiu faciendum, donec tenuiores pulueris partes, aqua fuerint omnes ablatæ. Quòd si quid in primo catino, crassioris pulueris fuerit relictum, conteratur rursus, vt prius, atque supradictæ aquæ depositæ iam, addatur. His omnibus factis, relinquantur aquæ tandiu, donec probè residuum fecerint: deinde a-

qua

qua ſenſim ablata, ſiccetur puluis, mox ſemel tantùm, ſed optimè conteratur, cribroque ſetaceo, vel etiam ſerico denſiſsimo transfundatur, & habebis puluerem omniũ ſubtiliſsimum, quem in vaſe aliquo optimè clauſo recondes, ne quo modo in auras euaneſcat.

Aqua, quam Magiſtram appellant, ad prædictos pulueres contemperandos.

Vt prædictæ terræ formẽtur, & formatæ, ſiccatæ cohæreant, nec diſsiliant, aut reſoluantur in puluerem, talis aqua, quam magiſtram vocát, componenda erit, quæ in hunc modum ſe habet:

R. Salis cõmunis, quantùm ſatis eſt, eumq́; lineo panno, aqua imbuto, inuolutum, vel in crucibulo inter carbones, vel in olla parua, bene lutata, in loco, vbi follibus per horam ignis probè poſsit excitari, ponito: mox vbi refrixerit, teratur: tritum in olla vitreata collocetur, deſuperq́ue tantum aquæ cõmunis effundatur, vt ad quatuor, vel ſex digitos emineat, miſceaturq́; tandiù ad ignem, quouſq; diſſoluatur: diſſolutũ & frigefactum coletur bis per pánum è lana, quem filtrum vocát, optimum. Huius aquæ vſus eſt, ad humectandam, tenacemq́; faciendam terram, vt inferius dicetur. Fit quoq; huiuſmodi aqua vel magiſtra, ex ouorum albis,

ſiquidem optimè baculo aliquo, ex fici arbore, concutiantur, donec ſpumā reddant: deinde cum ſic per noctem vnam fuerint, coletur aqua, ſub ſpuma contenta, & ſeruetur ad pulueres, in paſtæ formam redigendos. Eſt quidem hæc aqua melior: quoniam argilla fit tenacior, & formæ expreſsiores, nitidioresq́; fingentur. Vnde quidam prædictæ aquæ, ex ſale confectæ, aliquantulum huius aquæ addunt. Quidam verò aquam è gũmi addunt, prout iudicio, & vſu edocti, magis expedire exiſtimant.

Luti ſapientiæ conficiendi ratio.

Sumito cretæ optimę, qua vaſa fictilia cō ficiuntur, vel albæ, vel cineritiæ, partes iiij. cineris communis partem mediam, ſtercoris æquini, vel aſinini ſicci, partem j. & ſi perfectius voles, adde laterum cōtritorum, vel ſcobis ferri parum, redigantur in puluerem ſubtiliſsimum, cribrentur, & miſceantur: deinde ponantur in terra, ſuper ſpargendo ſenſim, lanæ, è pannis detonſæ, quod tomentum dicitur, part. j. aquæ cōmunis, quātum ſatis eſt, & miſceantur: deinde ponantur in terra ordinatè, ſuper ſpargendo paulatim, primò tomentum, ita vt æqualiter diſtribuantur, deinde aquam, etiam ſubigatur probè, primò baculo aliquo: deinde pala, & fiat maſſa. Quæ cum bene ſubacta fuerit, ponatur ſuper ſcamnum aliquod firmum, vel

murum ſubigatur,& pala optimè tundatur tandiu,donec ſatis eſſe videbitur. Quò enim diutius tunditur,& ſubigitur, eò etiam melius euadit. Valet autem hoc lutum, ad lutãda vitrea vaſa,ad formas craſsiores formandas,fornaces,aliaq; cõplura facienda. Quòd ſi tantùm laboris in conficiendo luto conſumere fortè nolis,ſumito tantùm cretam, tomentum, & ſtercus cum aliquantulo cineris. Quidam abſq; ſtercore, quidam abſq; tomento conficiunt,ſuum quoddam propoſitum ſecuti. Cæterùm ad lutanda ora vitreorum vaſorum,ne reſpirare queant, valet ſupra dictum lutum,prę ſertim ſi addideris calcis viuæ,part.ij. alba ouorum,quot eſſe ſatis videatur, nam ſic tutius eſt, atq; vitri modo durum redditur,quò fit,vt minus etiam per id reſpirare poſsit. Porrò lutum tale, in loco aliquo humido, conſeruandum erit, ita tamen,vt nec humidum nimis, nec ſiccũ fiat. Nam ſemel induratum, nullius eſt vſus. Si enim aqua remolleſcere velis, foris parum humeſcet, intus ſuam duritiem retinebit. Quare cùm nimium fuerit durum, optimè ſiccari permittito: deinde in puluerem redigito,conficitoq́;,vt prius eſt dictum.

De rebus,quæ ad fundendi artem in promptu eſſe debent.

Cum quodlibet boni artificis opus, abſq;

instrumentis suis proprijs perfici nequeat, operæ pretium esse videtur, vt ea, quæ huic arti instrumenta sunt necessaria doceamus. Itaque primò diligentiam adhibere oportet, vt carbones ex lignis recentibus, duris, siccis habeantur, quemadmodum, & crucibula absq; fractura, neque alba, neque nigra, sed cinericij coloris, esse oportet. Præterea charta aliqua crassior non desit, ad ventilationem crucibulorũ, ita quoq; vacua harundo, ad exsuflandas ex crucibulis sordes. Instrumentum quoque aduncum, ad extrahendos carbones ex crucibulis: & prælum quo formæ ipsę, quas etiam stafetas vocant, comprimentur, vt inijci metalla fusa commodius possint. Ad hæc tabulæ binæ, vel plures, politæ, & leues, ex nuce, robore, vel buxo, vel ære, inter quæ formæ constringantur vertique valeant. Duæ aut plures plagæ laneæ, ad manus sint, quibus vacua illa spacia, in comprimendis formis, impleantur. Opus præterea est circino, & regula ad partiendum, & ad certá mensuram exigendas formas, & canales, per quos metalla decurrunt. Ferrum insuper, ligonis forma, sed in acumen tendens, ac vtrinq; scindens, vt typorum viæ, per quas metalla fusa ingrediuntur, expediantur: quòd si hoc desit, fiat cultello aliquo, magna cum diligentia. Olei quoque & terebinthinæ parum, quo charta, vel

ta, vel bombycis fila imbuta, & accensa, vt intrinsecus siccati iam typi, optimè fumo afflentur, quo metalla melius fluant. Quoniam verò aliquando nimium loca caua fumo implentur, ita, vt inæqualia reddantur, leporinus pes appositus erit, cùm ad alia, tum ad fuliginem detergendam. Duę quoq; scopę, altera filis ęneis condensatis, altera ex setis, cuiusmodi sunt illæ, quibus ad pectines tergendos vtuntur, quibus opus, ante informationem, & post, tanquam pectatur, & extergatur.

Ratio numismata conflandi, & exprimendi.

Primò sumito numisma illud, quod exprimendum est, atque in aceto, cui aliquantulum salis, paleæq; vstæ additum fuerit, immittito: deinde lauato, fricatoque bene supradictis setaceis scopis, tum aqua abluito, & panno aliquo mundo siccato. Quo facto, alteram formæ partem: nempe fœminam, super tabulam, vel è robore, vel ex ære, vt diximus, collocato, atq; ita, vt pars media, quæ scilicet alteri formæ coniũgitur, prona, deorsumq; spectet, numismata, aut quicquid fingere paras, prius purgatum, vt est dictum, ponito recto tramite ad viam, per quam metallum liquefactum decurrit, præsertim si vnicum fuerit numisma. Quòd si duo sint, ponantur ad latera formæ, ita, vt iter in medio,

per quod metalla fundi poſsint, relinquatur. Si verò numiſmata plura duobus fuerint, ſui ſint ſingulis canales, qui ab ore, ſiue medio canaliculo, metallum, ad ſingula numiſmata deferant. Nam illud cauendum eſt, ne à numiſinate in aliud numiſma metallum tranſeat. Quibus factis, ſumito prædictę terræ, optimæ cribratę quantum volueris, ponatur in catinum maximum, ſuperinfundendo ſenſim aquam magiſtram, donec tantùm humeſcat, vt inter manus compreſſa, minimè adhæreat, ſed ſiccæ farinæ inſtar, pugno compreſſę, remaneat. Hanc in hunc modum ſubactam, ſuper numiſma, in ipſis typis ponatur, comprimendo optimè digitorũ parte carnoſa: deinde manibus, id quod melius fiet, ſi alteram quoque tabulam ſuperimponas: deinde inſtrumento aliquo ſcindente, & regula, terra circa formam adhærens, & redundans, æqualiter, diligenterque auferatur. Quo facto, pannus è lana ſuperponendus: deinde tabula, & ſic ſtrictè ambibus manibus typi inuertendi: deinde ablata tabula ſuperiore, ſi quid adhæſerit, pedeleporino, probè & leuiter eximendum. Pòſt, altera formæ pars ſumenda, atq; eadem terra implenda, comprimenda optimè, vt prius, ferroq; ad æqualitatem reducenda. Deinde ferri acumine, ſuperior formæ pars, parum attollatur, manibusq; dextrè auferatur, ita, vt

numiſma

numiſma eximi poſsit. Quòd ſi facilè auferri non poſsit, ſubtilis pennæ aculeo, circum leuiter attollatur, vel etiam cultelli acumine decuſſatim percutiatur, quo obuerſo typo auferri queat. Si verò numiſma perfectè expreſſum non videretur, rurſus ſub prælo, inter duas tabulas, vt prius cõprimatur. Quibus omnibus factis, ferro aliquo curuo ſcindente, circino & regula, canalibus diſpertitis, ad ignem ſiccentur, mox bombyce, oleo & terebinthina imbuto, atq; accenſo, afflentur fumo: poſtea ſi quid fumi ſuperflui relictum ſit, leporino pede tollatur. Quòd ſi metalla infundere voles, inter duas tabulas, vnà cum pannis, ſub prælo ponito, comprimendo aliquantulum: deinde metallum liquatum inijcito (ſi fuerit argentum, vel æs album, cognoſcitur ex ſuo ſplendore & claritate: ſi verò ſtannum, ſtuppa vel charta iniecta, comburitur) & optimè hinc inde fluet, niſi ſtannum fuerit: tunc enim ſublimati cẽteſima, & antimonij octaua pars inijcienda erit: ſic enim non ſolùm optimè fluet, ſed durius quoque metallum efficitur. Porrò frigefactis typis, numiſma dextrè eximatur, ac ſeruetur. Quòd ſi alia efficere voles, iterum formæ fumo erunt afflandæ: deinde ſub prę lo comprimendæ, vt antea iam eſt dictum: hocq; faciendum toties, quoties alia numiſmata efficere voles. Cæterùm ſi formę non-

dum videantur fatigatæ, ſed ad alia metalla infundenda aptæ, in loco aliquo ſicco conſeruari debent. Si verò fractæ, rurſus conteri, puluiſq; melior, vt ſuperius eſt dictum, fiet. Porrò numiſmata, ſiue recentia, ſiue vetera, tum coqui, tum in aqua alba poni debent: præſertim ſi non fuerint ex ſtanno, vt infra docebitur.

Ad numiſmata, ex creta liquida, penicillo formanda, quod multo facilius eſt, quàm typis ſuperioribus, ſed formæ ſemel tantùm utiles ſunt: nec res paulò ſubtiliores his effingũtur: quæq; penicillo denuò tangi non poſſunt.

Sumito numiſma nitidum, beneq; ablutum & ſiccatum, vt prius eſt dictum: deinde oleo illitum, ſequenti vngito miſtura, quæ ſic ſe habet.

R. Supradicti luti ſapientiæ ad ſolem, vel ad ignem ſiccati, atque in puluerem tenuiſſimum redacti, cribratiq;, quantum ſatis eſſe videatur: quo deinde aqua communi liquefacto, altera numiſmatis pars illinatur: deinde ſiccata rurſus prædicto luto, ſed ſpiſsiore, inungatur, ſicceturq;. Quod cum quater, vel ſæpius fuerit factũ, altera ſimiliter pars, oleo prius illita inungatur, ita, vt totum numiſma luto obducatur, maximè ſi ad auferendum numiſma, per mediũ formam ſcindere noles. Sin minus, antequam altera nu-
miſmatis

miſmatis pars inungatur , prius lutum numiſmati adhærens contritis carbonibus aſpergẽdum, quo altera pars ſuperaddita minimè adhæreſcat, ſed facilè remoueri poſſit. His factis, altera quoq; numiſmatis pars, ſupra dicto luto humectato, penicillo illinatur, & iterum ſiccata, ſpiſsiore luto liniatur, & ſiccetur, hocq; quater, vel vt voles, quemadmodum feciſti, quum primam formaſti. Verùm antequam bene ſiccetur lutum, partes cultello aliquo, ſemper oportet leuiter redundantes reſecare, ne coaleſcant: eius inquá partes, quę carbone aſperſæ fuere. Cùm autem iam probè fuerit ſiccatum, cõmiſſurę illæ, cultello leuiter tractẽtur, attollendo, vt altera formę pars à numiſmatę extrahi queat. Qua ablata, altera quoq; auferatur, quod fiet, ſi lutũ modicè cultello percutiatur, numiſmate deorſum tendente. Quibus omnibus factis, ſumito ambas luti partes , atque primò foramen, per quod liquefacta metalla decurrere debent, ad latera vtraque fingito: deinde filo aliquo ferreo, partes ſimul colligato probè, coquitoque in fornace, vel ſub carbonibus accenſis, donec conſumentur carbones. Quòd ſi coquantur antequàm coniunctæ fuerint partes, non erit abſurdũ, modò poſtea filo ritè colligentur. Cum autem metalla liquefacta infundere voles, inter duas tabulas, vel ſub prælo ponito, me-

tallumq; infundito: deinde frigidum eximito, & inuenies numiſma egregiè formatum. Verùm ſi ex argento fuerit opus aliquod, erit dealbandum, vt deinceps dicetur. Si ex ſtāno, dealbare nihil opus erit: ſi verò ex auro, æris flore, & vrina eſt colorandum, ſed neque ex argento, neque ex auro numiſmata, nō in his cretaceis formis, ſed in ſupra dictis fundenda ſunt. Hoc luto ſic parato, aliter, & quidem facilius conflari numiſmata poſſunt, nēpe hoc modo: Sumatur id quod formandum eſt, atque id ex cera, & terrebinthina cōmiſta conſtet: mox ea cera, hac creta ſiue luto contegatur, vt antè diximus: deinde foramen inducatur: deinde ad ignem ponatur, ita vt foramen in ima ſit parte, per quod cera omnis liquefacta exeat. Quo facto, metalla liquefacta infundātur. Illud ſemper tenendum eſt, vt formæ, quocunq; modo ſint, cum eſt fundendum, caleant.

Album ad Numiſmata, aliaq; opera dealbanda etiam ad argentea opera antiqua expolienda, & tanquam renouanda.

Sumito numiſmata, vel aliud quoduis opus antiquum, vel nouum, & ponito ſuper carbones accenſos, tandiu verſando, donec cineris colorem ſuſcipiant: deinde extergente ex æris filis ſcopa, cum optimè exterſum fuerit, in ſequentem ponatur aquam, quæ huiuſmodi eſt.

R. Aquæ

R. Aquæ marinæ, vel communis q. ſ. eſt.
Salis albi m.j.
Tartari
Aluminis ſing.q.ſ.eſt.

Miſceantur,& coquantur in vaſe aliquo vitreato. Quòd ſi opus ex ære, ſophiſtica ratione dealbatum fuerit, ſumito argẽti, in tenuiſſimas bracteas deducti, ſiue foliorum argenti, denarium vnum.

Salis Ammoniaci ʒ.j.s.
Salnitri ʒ.ij.s.

Miſceantur, & ponantur inter carbones accenſos, in vaſe aliquo cooperto, ſed cum operculo in medio perforato, tandiu, donec vapores omnes euanuerint: deinde frigida conterantur optimè, & fiat puluis. Cum autem vti voles, huius pulueris vnciam vnam prædictæ aquæ addito, & per octauam horę patem coquito: deinde numiſmata, vel alia opera, immitito. Quo facto, aquam, & opera ipſa in aquam claram, tepidamque effundito, tartaroq; & alijs in fundo reſiduis, opus optimè fricato, demum aqua frigida abluito & ſiccato.

Aqua, ad Ferrum auro obducendum.

R. Aquæ communis lib.iij.
Alumini ℥.ij.
Vitrioli Romani ℥.j.
Floris æris denarium j.

Salis gemmæ ℥.iij.
Auri pigmenti ℥.j.

Misceantur,& coquantur. Quando autem bullire incipiunt, addito:

Tartari è vini fæcibus.
Salis communis sing.℥.s.

Ferueant aliquantulum: deinde auferantur ab igne, atq; ea aqua ferrũ pingito, mox igni calfacito probè: deinde leuigetur.

Oleum ad idem.

R. Olei lini ℥.iij.
Tartari ℥.ij.
Vitelli ouorũ, ad duritiem coctorum, & contusorum ℥.ij.
Aloes ℥.s.
Croci gr.v.
Curcumæ gr.ij.

Coquantur omnia aliquandiu in olla noua, & fiat oleum ad ferrum pingendum. Quòd si iam dictæ species, oleo nõ bene cooperirẽtur, adde vt cooperiantur, & scribe, vel depinge super ferrum, prius diligenter leuigatum, & erit aureus color.

Aqua, ad Ferrum auro foliato obducendum, uel auro, argento uiuo resoluto, quo aurifices ad argentum inaurandum utuntur.

R. Vitrioli Romani ℥.j.
Aluminis ℥.ij.
Salis ammoniaci ℥.j.

Redigan-

Redigantur in puluerem tenuiſsimum, coquanturque in aqua communi, qua cum ferrum prius mundatum, leuigatumq́;, deinde intinctum fuerit, ſuperaddantur auri folia, deinde ſiccetur ad ignẽ, leuigeturq́; lapide hematite, vt mos eſt. Si verò auro, argento viuo reſoluto, argentum inaurare velis aurificum more, adde ſupra dictæ aquæ, floris æris ℥.j. ſublimati ℥.s. miſceantur, & cum aliquandiu efferbuerint, ferrũ in dicta quoq; aqua ferueat. Quòd ſi præ magnitudine ferrum aqua tegi nõ poſſet, optimè cum dicta aqua feruente fricetur, & ſic ad aurũ, argento viuo diſſolutum, accipiendum accendetur. Hoc autem quomodo fiat, in libro præcedente, capite de auro conterendo docuimus. Cęterùm ferrum iam auro obductum, ad ignẽ lucerna, vel ſulphure, more aurificũ, vel cera, vt in Germania fit (quod longè melius eſt) infumetur. Nos verò modum meliorem, perfectioremq́ue, quàm in Germania, alijsq; in locis fit, infrà docebimus.

Ad Ferrum, argentumq́; æris colore tingendum, quod ad inaurandum multo melius eſt, diutiusq́; auri colorem retinet.

Certiſsimum eſt aurum in album ferrum argentúmue inductũ non ita bene apparere, quàm in æs: propterea, quòd vbi vel tantillum ferrum detegi, ſiue aurum abſumi in

capit, illico ferri argentiúe color apparet, in rubro autem colore, non ita detegitur. Itaq; quidam periti, & iudicio præditi, lignũ aut huiusmodi materiam nõ rubrica, vt pleriq; omnes faciunt, sed fuluo quodam aureóue colore, solent cõtegere. Nam tametsi aurũ tempore, aliqua in parte vanescat, non ita vt in rubro, multo etiam magis in albo, facilè dignoscitur Hoc quoque ipsum in ferro argentóue inaurando cõmodè fieret. Verùm vt hæc nunc missa faciam, ad æris colorem ferro argentoq; inducendũ, fiat hoc modo:

R. Floris æris
Vitrioli
Salis ammoniaci, sing. q. s. est.

Redigantur in puluerem subtilissimum: deinde in aceto forti coquantur per semi horá, mox ab igne auferatur, immittaturque ferrum, vel argentum, vase optimè cooperto, tandiu, donec frigescant: atque sic habebis ferrum æri simile, aptissimum ad aurum recipiendum.

Aqua, uel tinctura Adamantibus tam ueris, quàm adulterinis, siue ex sapphiro factis, subijcienda.

R. Fumum ex candela, sub pelui contectũ, & cum oleo mastichino fiat mistura, quæ in annuli pala adamanti subijciatur.

Quomodo

Quomodo Sapphiri albi, in Adamantes commutentur.

Hoc ſecretum gemmarum, commune eſſe videtur: nam vno tantummodò ferè omnes vtuntur, qui quidem mihi non improbatur. Verùm vbi eum, quo vtuntur ipſi, poſuero, alium multò præſtantiorem apponã: Primùm omnium ſcobem ferri auriue ſumunt: maior tamen pars auri ſcobe vtitur: credunt enim ad hoc aptiorẽ eſſe, quòd maioris ſit pretij, ſed falluntur cum ferri ſcobina longè ſit aptior. Hanc ſcobem in crucibulis ad ignem ponunt, donec non liqueſcat quidem, ſed candere rubereue incipiat. Deinde ſapphiros diluti coloris, & albicãtes in ea ſepeliũt, ſinuntq; nõ diu: mox exemptos (ſiquidem verùm adamantis colorem nondum attraxerunt) rurſus imponunt: hocq; toties faciunt, donec verum perfectũmquẽ acquirant colorem. Quo facto, in annulis ligant, vbi prius pala eorum, prædicta miſtura illita fuerit.

Aliud ad idem, multò perfectius.

R. Enchauſti albi, quod Smaltum vulgò vocant, ſubtiliſsimè contriti.

Scobis ferri auriue, ſing. part. j.

Miſce, deinde ſapphirum ſumito, & ſmaltõ puro, cum ſaliua in paſtæ formam redacto,

obducito, benéque ad ignem exiccato. Hoc facto filo ferreo tenui, & recocto, sapphirũ vinciunt, vt ex igni manu filo capto, extrahi posſit: & ſic vinctum indicta ferri ſcobe, enchauſtoque rubenti condunt, ſinuntq; ad ignem aliquandiu, vt ſupra eſt dictum: deinde eximunt, & ſi colorem verum nondum aſſumpſerit, rurſusq; condunt, donec perfectum ac verum acquirat colorem.

Ad Balagios ſubtiles denſandos, pro annulis.

Balagij æquæ ſubtiles, vt charta, in hunc modum augeri poſſunt: ſumito cryſtallum optimum colore balagij tinctum, granum maſtichis vnum, & in cultelli, ligníue mucrone ad ignem ponito, donec lacrymam, margaritæ ſimilem reddat, qua cum balagio cryſtallum agglutinato. Nam ea lacryma cõglutinat ſine corpore, nec colorẽ mutat. Hunc expoliendum, & illuſtrandum, atq; demũ in annulo figendum, tradito: & erit pulcherrimum, ac ſi totum balagium eſſet.

Modus conficiendi Gemmas duplices, cuiuſmodi Mediolani fiunt.

Smaragdi duplices, hoc modo conficiuntur: ſumito maſtichis lacrymam, vt præcedente capite dictũ eſt, & cum æris flore contrito cum oleo, & pauca cera, & aqua etiam, ſi opus fuerit, tingito. Quòd ſi Rubinos, vt vocant, efficere voles, ſumito:

Gummi

Gummi Arabici,
Aluminis { Zuccharini
Rupini sing. part. j.

Misceantur & coquantur in aqua communi, addendo aliquantulum verzini, minutatim incisi, aluminis catini, quantum satis est. (quanto enim plus ponitur, eò etiam obscurior redditur color) fiat color, quo mastichis lachryma tingatur. Quod cũ factũ fuerit, sumito duo paria frustula crystalli, ad rotam expolita, qua voles forma, & magnitudine, ita tamen vt superius frustum sit inferiore tenuius: sintq; non secus adglutinata, & ab omni parte coniuncta, quàm cum digito vnguis. Horum alterum, nempe inferius in pala ferrea super carbones ponito, donec calefiat: deinde prædicta tincta lacryma, in stylo posita, & calenti, vt fluere possit, tingito, quantum satis esse videtur: mox alteram partem, nempe subtiliorem calidam, alteri superimponito, & sic aglutinabitur perfectè, absq; dẽsitate aliqua, & erit ab omni parte perlucida. Quibus factis, gemmæ annulis ligentur, auri folio rubenti, rubinis, virenti smaragdis supposito. Folia autem omnis generis & coloris quomodo conficiantur, paulò inferius docebimus.

Pasta, ad Gemmas, ut sunt smaragdi, rubini, sapphiri, & similes, quæ non duplices & glutine tincta,

sed simplices intus, forisq; coloratæ, & pulcherrimæ.

R. Plumbi vsti, ℥.iij. superinfundatur tantum aquæ, donec ad digitũ vnum, vel duos emineat, digito misceatur bene: deinde cum residuũ fecerit, auferátur aqua, & seruetur. Valet enim ad humectandam ollam vitreatam, ne materia insuta, ollæ adhęrescat. Quo facto, addito supra dicto plumbo:

Minij siccati ℥.iij.
Chrystalli vel Calcedonij cõbusti ℥.j.
Aeris squamæ ʒ.ij. ℈.j. vel ʒ.ij. ℈.ij.

Redigantur in puluerẽ omnia, & misceantur: deinde ponátur in ollam aqua plumbi, prius madefactam, & optimè coopertam, in figuli fornace per dies tres, aut quatuor: tum auferatur, & habebis massam pulcherrimã, quam artifici elaborandam, quacũq; forma voles, trades. Nam paruo Venetijs tornantur & expoliuntur. Posset etiam aliter, vel in formam cretæ, cum figuris, vel alijs rebus. Porrò si fuluas gemmas conficere voles, sumito ferri scobem, aut squamam: si verò rubras, cinnabarim. Quòd ad colores attinet, eam rationem sequere, quam in alijs subiectis modis, docebimus.

Smaragdi, alijq; lapides pretiosi, quomodo conficiendi.

R. Salis alcali, quantum satis est, dissoluatur in

tur in aqua: deinde coletur per pannum è lana confectum, & ſiccetur, & poſtea rurſus, prius in aqua diſſoluatur, ac ſiccetur. Quod cum tertiò factum fuerit, fiat puluis, cui addatur cryſtalli in pollinem redacti, & à pharmacopolis cribrati, ℥.ij.s. ſalis alcali ℥.ij. floris æris, in aceto infuſi, & colati ℥.j. ponantur in vas aliquod vitreatum, nouum, optimè luto obductũ, clauſumq;, ne quouis modo reſpiret: deinde cum in fornace figuli vel vitrearij, per horas vigintiquatuor fuerint, auferantur, fiantq; gemmæ ſecundum artẽ, pretioſis ſimiles. Quòd ſi rubinos conficere cupias, addito loco æruginis, cinnabarim: ſi verò ſapphiros, lapidem lazuli: ſi hyacinthos, corallos.

Ad comburendum Cryſtallum & calcedonium, ad dictam pretioſorum lapidum compoſitionem.

R. Tartari combuſti ℥.j. diſſoluatur in ſcutella aqua plena: deinde fiat colatura, in qua fruſta cryſtalli, vel calcedonij candentia ſepties extinguantur. Quod cum factum ſit, redigantur in pollinem tenuiſsimum, & ſeruetur pro ſupra dicta gẽmarum paſta. Verùm hoc notandum videtur, vt materia ad ſmaragdos efficiendos, teratur in mortario æneo: ad rubinos verò, in ferreo, cupreo minato omnibus modis.

Aqua, ad prædictas Gemmas indurandas.

Cum gemmas arte confectas, quæ admodum fragiles ſunt, inſecabiles reddere voles, hac vti aqua conueniet.

Sumito calamitæ fruſta, eo modo combuſta, quo de cryſtallo iam dictum eſt, terátur, ponanturq; in loco humido, donec in aquá mutétur, cui addito vitrioli, quãtũ ſatis eſſe videatur, fiatq; maſſa liquida, ad modũ pulueris craſsioris: deinde diſtilletur, quouſq; aqua quæuis exierit. Huic deniq; aquæ, addito farinæ hordei q. ſ. & fiat maſſa. Quum autem gemmas dureſcere voles, prædicta maſſa obducantur: deinde cum in fornace cum pane, & cocto pane, & ipſę auferantur: abijciatur paſta, & habebis gẽmas, duritie veris, & naturalibus ſimiles. Quòd ſi nõdum ſatis duræ viderentur, denuò paſta obducãtur, fiatq; vt iam dictum eſt, & erunt perfectæ, nihilq; erit, quod deſideres.

Argenti puri, urendi modus.

Cum ſuperius de vrendi modo mentio facta fuerit, operæpretium eſſe videtur, vt modum quoq; vrendi argenti, & talci doceamus. Sunt autem modi plurimi, quorũ tres tantùm, melioresq; ponemus. Primus ſic ſe habet: ſumito argentum purum, ſubtiliter contuſum, & in partes non magnas, vt voles, inciſum, ponatur in crucibulũ, vel aliud

vas,

vas, in cuius fundo aliquantulum ſalis communis, non præparati inſperſum ſit, & ſuper ſalem argenti fruſta collocato, atq; ita ordine, argentumq́;, quantum fuerit, ponatur, vt ſemper ſupra, ſubterq́; argentũ ſal ſit, argentiq́; poſtremus ordo, ſale tegatur multo. His omnibus factis, papyro crucibulum cooperiatur, lutoq́; bene obducatur, ita vt in medio paruum aliquod foramen relinquatur: deinde exiccatum, ponatur inter carbones accenſos plurimos, per horas ſaltē quatuor, ſuper crucibula, ſatis etiá carbonum. Deinde vbi refrixerit, aperiatur, argentiq́; laminę ſiue bracteæ eximantur, quæ ſi digitis frangantur cruſtæ panis ritu, tunc ſatis vſtæ eſſe apparēt: ſi verò fragiles nō ſint, rurſus in crucibulo cum ſale, vt iam eſt dictum, crementur: verùm melius erit, ſi ter ſæpiùſue vrantur. Quod cum factum fuerit, argenti laminæ optimè conterendæ: deinde in aqua calida puluis lauandus erit, qui cum reſiduum fecerit, aqua ſenſim auferenda, mox alia ſuperinfundenda, atq; toties lauandus, donec aqua prorſus inſipida ſalſedinisque expers fuerit. Atq; ſic habebis argentum cōtritum, minore quidem pondere, ſed purius, fixius & durius, vt propè auri naturam habeat, quod ad plurima valet, modò eo quis rectè vti queat. Cæterùm comburitur etiam cum talco, loco ſalis, niſi quòd tum minimè aqua

calida lauãdum sit. Sunt præterea quidam, qui argẽtum cum sale, vel talco, duodecies, vel quindecies vrũt, vt perfectius & durius euadat, tincturamq; facilius recipiat. Porrò vritur quoq;, siquidem in crucibulo argentum liquefiat, addaturq; in singulas argenti vncias, libra vna sulphuris cõtriti. Nam hoc modo melius consumitur argentum, atque perfectius euadit, quàm sale & talco: præsertim si sulphur prius fuerit fixum, aut smegmatis lixiuio purgatum. Atque hic est primus modus.

Secundus urendi Argenti modus.

R. Aquæ fortis, superius præparatæ, ex salnitro, & alumine, part. iij. scobis, vel foliorum, vel laminarum argenti, part. j. ponatur aqua in phialam aliquam oblongi colli: deinde argẽtum, & subitò feruere videbis, præsertim si bona fuerit aqua, relinquanturque tandiu, donec feruere desinat. Quòd si aqua fuerit debilis, neq; ferueat, ad ignem admouenda erit aliquantulum, manuq; tenenda erit phiala, & super cineres ponenda calidos, vel ad fornacem tandiu, donec satis ebullierit, totumq; argentum erit absumptũ, quod erit, si aqua tota viridis fuerit, & argenti nihil in fundo resederit. Quòd si aqua non probè vsta sit, in fundo calcem candidissimã cernere licebit, vel si in argento aliquid auri

sit, tunc

ſit, tunc fundum petet aurum, arenæ inſtar. Quibus ſic ſe habentibus, ſumito phialam magnam, aquæ ſemiplenam, in aqua ſalis m. j. diſſoluta: deinde cum bis vel ter colata fuerit, aquam fortem cum argento diſſoluto, addito, perq; horas quatuor, vel ſex relinquito, & in fundo videbis argentum cum ſale. Quo facto, aqua per pannum è lana colanda, argentumq; in fundo relictum, in crucibulum coopertum, inter carbones accenſos plurimos, per horas tres, vel plures ponendum eſt: atq; vbi deferbuerit, auferendum, mox aqua calida ſuperinfundenda, & digito miſcenda. Hoc facto quieſcere, & ſubſidere pauliſper ſinito: mox ſenſim aquam illam auferto, aliam infundito: ſicq; toties facito, donec aqua nō ſalſa, ſed inſipida prorſus ſentiatur. Tum argentū ſiccetur, atq; ad vſum ſeruetur: puriſsimum enim erit.

Tertius uerendi Argenti modus.

Argenti folia, argento viuo diſſoluta, vt præcedente libro in capite de Auro molendo eſt dictum, cum ſale communi teratur: deinde ponantur ad ignem tandiu, donec argentum viuum euaneſcat in fumum, poſtea lauetur aqua calida, donec ſalis ſaporem amiſerit, & erit factum. Poſſes etiam rurſus cum ſale, abſque argēto viuo terere: deinde in crucibulum ad ignem, vt prius per horas

tres ponere, demum aqua calida, vt ante est dictum, abluere, & rem confectam habebis.

Talci urendi modus.

Talcum cum ad varia, plurimaq; conducat, varij eius vrendi modi inuenti, sunt: tamen communiter solent talcum, cum duabus salnitri partibus, vel salis, vel tartari, in figuli fornace præparare: deinde salem vel tartarum aqua calida abluere. Quidam super carbones accendunt: deinde in vrina extinguunt, atque hoc sæpius iterant. Quidam verò inuoluũt id in panno è lana albo: deinde ponunt ad ignem maximum, atque ita crematum inueniunt, leue, spongiosum, ab alumine vsto non multum differens. Verùm cum omnes hi modi, boni non sint, propterea quòd aut nõ perfectè vratur, aut tartarum sua natura priuetur, ita vt fermè calcis viuæ naturam vel aluminis induat. Quare his ita se habentibus, operæ pretium esse videtur, vt alium, eumque perfectum doceamus modum. Est autem huiusmodi: sumito talcum optimè contusum, vel contritum, ponatur in crucibulum, inter carbones accensos, tandiu, donec optimè igne candescat: deinde aceto distillato, in quo tartarũ vstum dissolutum, tertiaque pars aquæ vitæ addita fuerit, aspergatur toties, donec in singulas

ſingulas talci libras ℥.iij.aceti ſuperinfuſæ, fuerint. Quo facto, auferatur ab igne, & aqua calida, vt dictum, lauetur, & ad vſum ſeruetur. Cæterùm, comburitur, etiam, ſi in minuta redigatur folia, ſiue bracteas, atque inter argenti bracteas, in crucibulum luto obductum ponatur ordine, alio ſuper alio collocato, in fornace figuli, vel vitrearij, per dies tres, quatuor, vel ſex: ſimiliter etiam fieri poteſt, cum ſtanni bracteis. Porrò fit etiam, ſi in cuprum igne liquefactum inijciatur, & ſic citò comburetur, ſed cupro mirũ in modum nocebit: quare à tali modo abſtinendum cenſeo.

Modus Ferri, æris, argenti inaurandi melior, faciliorq́; quàm quo Germani uel Galli utũtur. Quod autem hac ratione inauratur, purum aurum eſſe uidetur.

Primùm omnium, cum ferrum vel argentum auro obducere voles, id prius æris colore, vt ſuperius eſt dictum, tingito: deinde auri folia cum argento viuo, de quo ſupra etiam mẽtio facta eſt, diſſoluito: mox in ſcutella ponito, ſuperinfundendo tantum ſucci cucumeris aſinini, donec ad digitum vnum emineat, & relinquatur ſic coopertum ad ſolem aliquandiu, vel alio in loco. Quanto enim diutius ſic relinquitur, tanto etiam melius euadit. Quare non incõmodè facies,

ſi domi copiam eius præparatam habeas. Quando autem vti voles, ferrum, æsúe, aut argentum prius optimè præparatum, purgatum, mundatumq́;, ſupra dicto auro præparato, tingito, fricando probè, vt adhæreſcat. Vel ſi mauis, aurificum more, metallum auro obducito, quod fiet, ſi id aqua forti prius præparatum fuerit. His factis, argentum viuum, lucerna, ex oleo lini, & ſulphure, vt mos eſt in Italia, totum abſumitur, quæ ita inaurant, ac ſi croco, opus eſſet tinctum. Verùm potius ſequēti modo, qui optimus eſt, vtendum. Nam partim ex aurificibus vltramontanis ſumptus eſt, partim noſtro Marte melior eſt factus.

Ratio conſumendi Argenti uiui, ab inducto auro, auriq́; perfectè colorandi, ſic ut auri ſolidi maſſa eſſe uideatur.

R. Æris ſquamæ.
Scobis ferri, ſing. part. j.

Ponantur in ollam, ſuperinfundendo tantum aceti non diſtillati, donec ad duos vel tres digitos emineat, deinde cum ad ignem per horam vnam ebullierint, auferatur acetum: mox aliud ſuperinfundatur, coquaturq́ue vt prius. Quod cum quater vel ſexies factum fuerit, acetum omne ſimul ſumito, & euaporari ſiue exiccari facito, quod quidem etiam diſtillatione facere poteris, vt

acetum

acetum ad plurima vtile colligatur. Sumito deinde puluerem infundo relictum, cui addito octauam partem vitrioli Germanici, quartam ferretti Hispanici, ſalis Ammoniaci dimidiam octauam, ſulphuris parum, miſce & cum cera liquata, & oleo, fiat miſtura ad modum vnguenti. Hac miſtura, ferrum, auro obductum, inungatur: deinde ſuper carbones accenſos tandiu, donec tota cera igne fuerit conſumpta, ſinatur: mox ſcopis ex æreis filis, & aqua frigida extergatur, & leuigetur, & videbis opus ita inauratum, vt ex ſolido auro conſtare videatur.

FINIS LIBRI SEXTI.

D. ALEXII PEDEMONTANI DE SECRETIS.

LIBER SEPTIMVS.

A IOAN. IACOBO VVECHERO Medico Basiliensi Auctus.

Aqua, ex Nucibus immaturis, humano corpori utilißima.

IN Maio nuces virides immaturas sumito, easq; in mortario lapideo aliquantulũ contundito, quæ cum in cucurbita vitrea, lento igne distillatæ fuerint, fiat aqua, & seruetur in phiala aliqua vitrea, optimè obturata, addita prius in singulas phyalas aquæ sacchari albissimi ℥.j. Hæc autẽ aqua, quamuis incurabilem & inueteratam hydropem persanat, modò per mensem vnum, quotidie semel, vel bis (mane scilicet & vesperi, cum itur dormitum) ad digitos duos, cum pauco vino albo, & tartari contriti ℈. ij. vel iij. bibantur. Recentem verò, quæ tamen vehemens non est, quindecim diebus curat. Quòd si absq; tartaro, sed cum pauco vino, vt dictũ est, singulis diebus manè potetur, epi-

epilepſiam, hemicraniam, vertiginem, oculos præhumidos ſanat: lac mulieribus reſtituit: genitale ſemen auget, fœcundum hominem reddit. Cæterùm ſi hac caput lauetur: deinde paulò poſt lixiuio abluatur, demum, rurſus aqua lotum, pãno aliquo ſiccetur, ad omnem capitis tineam remedium erit optimum. Plagas, omnis generis vlcera, ad ſanitatem perducit, ſi ea abluantur. Corpus ab omni humorum putredine, affectionibusq; incurabilibus præſeruat, modò cum vino albo pauco, ea quotidie quis vtatur. Ad dentes gingiuarumq; inflãmationes, optimum remediũ eſt. Porrò ſi quis peſte correptus, vel ſaltem de peſte ſuſpectus, poculum huius aquę dimidium, ieiuno ſtomacho exhauriat: deinde poſt duas vel tres horas, rurſus tantundem, abſque dubio à peſte (volente Deo) liberabitur: præſertim ſi regimen ſupra dictum, capite de Curatione peſtilentis bubonis & carbunculi, obſeruauerit.

Ad Virium imbecillitatem ex nimio Veneris uſu, remedium ſingulare.

℞. Mellis optimi
Vini Cretici vel Græci, vel optimi, ſing. part. j.
Succi betonicæ
Lactis mulieris, vel caprini ſingulorũ

in ſingulas libras mellis poculum dimidium.
Pinguedinis, ſiue adipis caponis, vel gallinæ ℥.ij.vel.iij.
Oleo pineorum, vel amygdalarũ dulcium ℥.j.

Ponantur omnia in ollam aliquam ad ignẽ, donec optimè miſceantur, fiat potio, de qua patiens, ſingulis diebus manè, poculum vnum ebibat. Quòd ſi cinnamomum contritum, & saccharũ addita fuerint, melius erit. Hæc etiã potio, valet ad corpora ex maciẽ in bonam habitudinem reſtituenda.

Ad Lepram, faciei intumefactionem, puſtulasq́ hepatis, & uentriculi affecti.

R. Ligni fraxini recentis, & in fruſtula incisi, quantum ſatis eſſe videatur, ponatur in ollam multis foraminibus in fundo pertuſam: deinde aliam ollam, abſq; foraminibus paulò maiorem, ita vt alteram cum lignis inciſis, in eam non tota igredi valeat, ſumito: hácq; ſub terra, vel arena ſepelito accuratè, ne quid pulueris intrò cadat: deinde alterã cũ lignis operculi inſtar, qua parte fundum eſt, ſuper imponito, obturando cõmiſſuras probè pannis, in farinæ glutine imbutis. Verùm ita ſuperponenda erit, vt emineat, quò ignis circum accendi queat. Quibus factis, ſuperior

ſuperior olla, operculo aliquo ex argilla, vel ferreo, vel luto ſapientiæ, cooperiatur optimè, ne quouis modo reſpirare poſsit: deinde cum ſiccatum fuerit, carbones accenſi, circum & ſuper ponantur, per duas vel tres horas, ſecundum ligni copiam, augendo ignem in fine, quo omnis ligni ſubſtantia per tranſeat: deinde ſuperiorem ollam frigidam diligenter, ne quid pulueris introeat, auferto, oleumq; & aquam ex inferiore olla colligito, atq; in vitreo vaſe obturato, probè ſeruato. Quando autem ad ſupra dictum affectum vti voles: ſumito huius olei part.iij.

Aquæ violarum part.j.

miſce & faciem inunge.

Ad pedes, ſiue longa inambulatione, ſiue humoribus ad eos delatis, ſiue alijs de cauſis tumefactos.

℞. Stercoris bubuli, vel vaccini recentis quãtum volueris, coquatur cum vino optimo, donec ſpiſſum euadat: deinde calidũ ſuper affectam partem ponatur, & ſanabitur, ita, vt ei alio remedio opus non ſit. Quòd ſi dolor in aliam partem incubuerit, eodem vtere emplaſtro, & breui ſanitati reſtituetur.

Ad eos, qui Morbo aliquo, uel melancholia imbecilles, laßiq; ſunt, ita ut uix incedere queant.

℞. Iuæ moſchatæ

Conſolidæ minoris
Verbaſci ſing.q.ſ.eſt,

coquantur in aqua,& fiat lauacrum,quo ſæpius vtatur. Cæterùm in iuſculis prædictæ quoq; duæ herbæ: nempe iua & conſolida incoquendæ,& pro cibo ſumendę,& ſic breui tempore æger ſanabitur.

Ad Ebrietatem, eosq́;, qui caput imbecillum habent,uariaq́; uina,ut in conuiuijs ſolet, potare coguntur.

Ne quis inebrietur,etiam ſi per integrum diem vinum purum bibere cogatur: oportet,vt prius antequàm accumbat, quartam horis partem,duo aut tria perſicorum ſemina,vel amygdalarum amararum edat: deinde dimidium poculum,minûsue,olei cõmunis,vel amygdalarum dulciũ ſuperhauriat. Quo facto,bibat,quantũ volet,& nunquàm inebriabitur.Quòd ſi deniq; caput, vẽtriculusq́; grauetur,parũ ſucci braſsicæ, vel cum ſaccharo,vel abſq; eo capiat,& ſanabitur.

Ad Membra contuſa non fracta,facile.

Contuſum membrum melle crudo,frigido inungito: deinde lintea faſciola ligato.

Ad Gonorrhœam, ſiue genitalis ſeminis profluuium.

R. Seminum melonum mundatorum, vel non mundatorum,quantum volueris, contundan.

tundantur in mortario lapideo optimè, cũ aqua fontana: deinde coletur, & fiat potio lactea, de qua ſumat æger per dies quatuor quotidie in aurora, poculum dimidium vel plus, cum pauco ſaccharo tepidum. Interim tamẽ renes, vnguẽto roſaceo vngendi ſunt, & breui ſanus euadet.

Liquor optimus, ſanans Vulnera duobus diebus, carnemq́; ut naturale balſamum, conſeruans.

Ex vlmi folliculis ſuccum, argento viuo ſimilem ſumito & colato: deinde in ampulla vitrea, vel olla vitreata ad ignem lentum coquito, donec ſpiſſus, terebinthinæ modo euadat, & ad vſum, vt rem pretioſiſsimam ſeruato.

Ad Oſſa carioſa, corrupta, fiſtulas, affectus propè incurabiles, optimum & probatiſſimum.

R. Sulphuris citrini q. ſ. eſt, ponatur in olla aliqua ad ignem lentum, donec liqueſcat: cui deinde addatur tartari vſti, & cõtriti lib. ß. miſcendo bene, donec frigidum euadat. Quo facto, in puluerem redigatur: deinde in mortario lapideo, vel ſuper lapide plano, in loco aliquo humido ponatur, donec in oleũ vel aquam conuertatur. Hoc oleum, oſſa carioſa atq; putrida, quauis de cauſa mundificat, atq; mirabiliter perſanat, ſi quidem eo inungantur. Præterea carnẽ fiſtularum, pu-

tridam exedit, vbi prius vino & aqua rosacea lota, demum chelidonia contusa, super posita fuerit: & est secretum valde pretiosũ.

Ad Pisces capiendos, & lumen in tenebris faciendum.

Cicindelas, id est muscas, noctu lucẽtes, in cucurbita vitrea igne lento destillato, do nec aqua omnis exierit: deinde aqua extracta, vnà cum argenti viui vncijs quatuor in phialam, vel aliud vas vitreum rotũdum, & optimè obturatũ, ne aqua ingredi queat, ponatur. Quo facto, vas in rete aliquo collocetur diligenter, ne frangatur: deinde cum in aquis demersum fuerit, ita splendebit, vt pisces lumine allecti, cumulatim eò concurrant. Cæterùm hoc vas in tenebris quoque lucet, si circumferatur, vel in cubiculo aliquo contineatur.

Ad Oris malum odorem, ex uentriculi consensu.

℞. Saluiæ ℥.j.
Florum rosarum ℥.s.
Caryophyllorum ℥.s.
Cinnamomi electi ʒ.ij.
Nucis moschatæ n°.ij.
Moschi gr.ij.

redigantur in puluerem tenuissimum, misceantur, & cum melle colato quantum satis est fiat conditum, quod seruetur in vase ligneo ad

neo ad ſolem, per dies quatuor vel ſex. Hoc autem medicamẽtum facit, ne cibus in ventriculo corrumpatur, & per conſequẽs oris anhelitum fœtentem emendat.

Ad Ventriculi imbecillitatem.

℞. Abrotani
Rutæ
Pulegij
Menthæ ſing. m. j.
Vini albi optimi, menſuras duas.
Mellis albi lib. s.

miſceantur & coquantur, quantum ſatis eſt, addendo cinnamomi, garyophyllorum contritorum, ſing. ℥. s. deinde coletur, & in vaſe vitreo ad vſũ ſeruetur. Huiuſmodi enim potio ventriculum roborat, ſiquidem manè, tepidam, tres digiti ſumãtur. Verùm à nimio eius vſu abſtinendum eſt.

Ad Ventriculi imbecillitatem, ſi cibum retinere non poßit.

Sumito mala cotonea optimè mundata, atq; in aceto optimo cocta: deinde contuſa, quibus addito ſinapis contriti, & miſceto. Quum autem vti voles, ſuper linteum ponito: deinde garyophyllorum tritorũ aliquantulum ſuper aſpergito, & ſtomacho ſemel vel bis, calidum applicato, & ſanabitur.

Ad Callos & uerrucas.

℞. Ceræ nouæ
Floris æris
Cerussæ sing. ℥.j.
Sublimati ℥.s.
Alumini vsti ʒ. ij.
Olei rosacei ℥.ij.

Terantur, deinde misceãtur, & fiat vnguentum ad ignem lentum. Vt autem calli tollantur, prius in aqua vel lixiuio mollescant: deinde benè radantur, mox vnguẽtum superaddatur. Quod cum sæpius iteratum fuerit, euanescent.

ALIVD.

℞. Farinæ ex lini semine
Anethi, sing. q. s. est,

misceantur, & fiat pasta aliquantulum dura, quæ sæpius super callum posita, breui tempore eum expellet.

ALIVD.

Pannus liniatur cera viridi: deinde callo sæpius applicetur. Verùm callos prius euulsos, deinde rasos, seu leuiter incisos esse oportet.

Aliud, ad Verrucas & callos.

Sumito semperuiuæ maioris, ab exteriori pellicula mundatæ, q. s. est, quæ si callos manè & vesperi, sexies vel decies superponatur

natur, breui tẽpore euellentur. Si verò calli, seu verrucæ veteres duræque fuerint, prius mollescãt, & radantur: deinde ex dicta herba succus, cum pauco alumine vsto, superligetur, & in decem vel duodecim diebus ad summum absq; dolore sanabitur.

ALIVD.

R. Foliorum brioniæ, siue cucurbitæ syluestris.
Verbasci sing. q. s. est,
contundantur: deinde succus exprimatur, cui deniq; addito, brioniæ ramulos in cinerem combustos, & fiat vnguentum quo verrucæ inungantur.

Aliud probatum.

R. Florum verbasci q. s. est, distillentur in cucurbita vitrea, & fiat aqua, quę cum verrucæ sæpius lotæ: deinde eius flores cõtusi, & super positi fuerint, adimentur.

Aliud rarum.

R. Salnitri
Vitrioli Romani
Floris æris sing. ℥.ij.
Aluminis zuccharini ℥.j.
Calcis viuæ ℥.s.
redigantur in pollinem, misceantur: deinde in cucurbita vitrea distillentur. Verùm prima exiens aqua, ad hunc effectum apta non

eſt, verùm ſecunda optima eſt: ſiquidem verrucæ ea ſæpius lauētur. Valet etiam euphorbium contritum, atq; cum oleo tartari & lixiuio miſtū: verùm antequàm apponat medicamentum, verrucas prius molleſcere, incidiq; oportet. Item, aqua vitium, nō ſolùm eas tollit, ſi frequēter ea lauentur, ſed etiam maculas cutis nigras è medio aufert. Cæterùm valet quoq; cantharidum puluis: ſiquidem cū reſina & pice ſuperligetur. Ad idem optimum remedium erit, ſi emplaſtrum ex nitro contrito & loto, cum mulieris lacte, & pauco fermento, ſuper verrucas prius abraſas, aliquoties apponatur.

Ad Muſcas, araneas, ſcorpiones, aliarumq; ſimilia, ædibus expellenda, probatum.

Pennas vpupæ, quot volueris in cubiculo accendito, ita vt fumum ſentiant. Quæcunq; enim fumum percipient, effugient, & nunquam redibunt.

Ad Culices.

Cuminum manſum probè in ore, ſuccū gignit: quò ſi facies, manus totumq; corpus, ſiquidem fieri poteſt, inunctum fuerit, minimè tibi moleſtæ erūt. Nam huiuſmodi odor eis valde aduerſus eſt. Cæterùm, ſi vino, in quod cuminum contritum iniectum ſit, feneſtræ, vel cubiculorum portæ, atque etiam

parietes

parietes, aſperſi fuerint, cubicula minimè introibunt, odorem, vt antea dictum, vitãtes. Quòd ſi muſcas quoq; è domo depellere voles, ſumito ſatureiæ, foliorum ſambuci, cumini, ſing. quantum ſatis eſt: miſceantur, & coquantur in aqua, qua cum domus vel cubicula aliquãtulum madefacta fuerint, muſcæ omnes euolabunt. Verùm nihil cibi eis permittendum, ne eo allectæ odorem contemnant.

Ad Roſas uel garyophillos albos, uario colore breui tempore tingendos, probatum.

Sumito terræ pinguiſsimæ quantum volueris, ſiccetur ad ſolem probè, donec in puluerem tenuiſsimum redigi queat, deinde cum in vas aliquod poſita fuerit, germen aliquod florum alborũ implantetur. Verùm cauendum, ne terra alia aqua quàm ſequentibus madefiat. Itaq; ſi ex albis floribus, rubros efficere voles, ſumito ligni braſilij, minutatim inciſi, q. ſ. & coquatur in aqua, vſq; ad conſumptionẽ tertiæ, vel quartæ partis, & fiat aqua rubra, qua terra, bis in die, manè ſcilicet & veſperi, paulatim humectetur frigida. Hoc autem tandiu faciendum, donec creſcere incipiat plantula: nempe per quindecim aut viginti dies. Quòd ſi virides cupis, ſumito loco braſilij, Spinæ ceruinæ acinos maturos: ſi flauos Spinę ceruinę acinos

immaturos: si nigros, gallas & vitriolum, & coquãtur in aqua, qua terra, vt iam antea est dictum, madefiat. Cauendum autem ne sub dio noctu relinquatur, propter roré, quem facilè imbibit, verûm vndequaq; flores non tinguntur, sed partim naturali, partim eo quod inficiuntur, ita, vt duobus coloribus immersi videãtur. Quòd si tribus coloribus eos tingi voles, manè altera pars terrę, aqua, colore aliquo infecta humectetur, vesperi altera eadem aqua: sequenti vero die, mane, rursus altera aqua, alio quodam colore tincta madefiat: deinde altera vesperi, eadem iterũ sic vt manè & vesperi duobus coloribus madefiat, sed ita, vt latera variẽtur: quod fiet, si aquam tinctam, & manè positã in eodem latere vesperi non ponas, sed aliam. & sic planta hæc, vnà cùm proprio suo, tres acquiret colores: de qua deinde plurimæ aliæ possunt propagari.

Ad omnis generis Arbores, ut fructus, multò maiores solito ferant.

Sumito bracteam antiquam & æruginosam, hancq; in cornu bouis effigiem conformato ita vt qua parte in acutum desinit, paruum foramen habeat: quæ cum intrinsecus muria lota fuerit, vel mali, vel pyri, vel persici, vel alterius fructus, semen immittito, sed ita, vt ea pars seminis, qua germinare incipit ad fo-

ad foramen tendat: deinde in fundo alia bractea, optimè claudito, ne alia ex parte, quàm foramine exhalare queat. Quibus factis, forinsecus quoq; eadem muria irrigetur: deinde Septembri vel Octobri plantetur, vt terra interim aliquo modo ferrum exedere poſsit: cum enim ſemina incluſa humiditatem percipere incipiunt, ac deinde ſatis humecta fuerint: foras emittunt germina & radices, hinc inde per bracteam, repentes ac flectentes tandiu, donec ipſam permeent. Quoniá radices natura duræ & acutæ, hinc inde repentes pungunt, donec (adiuuante etiam terra, quæ exedendo perforat, attenuatq́;) foramina aliquot, per quæ radices erumpunt, effecerint. Germen auté creſcendo, & circũ oberrando ſaporem muriæ, tum etiam colorem ferri in ſe recipit. Cæterùm cùm germina egredi cogantur, ſimul in vnũ coeant, & agglutinentur neceſſe eſt, vt ex pluribus, vnum germen efficiatur maximũ, & per conſequens fructus ſuos multò maiores ſolitis, proferat, quod viſu pulcherrimum erit.

Lixiuium horis octo, Oliuas dulces reddens.

R. Cineris quercini vehementiſsimi, ſextarium j.

Calcis viuæ recentis, tertiam ſextarij partem, miſceantur benè, addendo aliquantu-

lum aquæ, vt humectẽtur nõnihil, coeantq́; in vnum: deinde cum sic per horas duas relictum fuerit, in vas aliquod ligneum cum foramine in fundo ponatur, subigendo benè, & superinfundendo situlas tres vel quatuor aquæ, & per foramen coletur lixiuiũ. Quòd si ad duas situlas non peruenerit lixiuium, alias duas aquæ superinfundito, vt duas lixiuij colligere queas. Quibus sic se habentibus, oliuas virides recentes, & incorruptas sumito: deinde cum in lixiuio tandiu, donec fundunm petant, vel dentibus caro ab ossibus flauis secernatur, fuerint, in aquam frigidam inijcito, mutando aqua ter quateruè. Cauendum omnino ne absque aqua remaneant: quoniá subitò nigrescunt, coloremq́; illum suum natiuum cum sapore amittunt. Præter naturam enim videtur, atq; idcirco iucundissimũ est videre, vt tam folia quàm fructus, naturalem colorem conseruent. Cæterùm per tres aut quatuor dies in aqua recenti sinendę sunt. Quòd si autem aqua quotidie quater aut quinquies mutetur, biduo dulces euadent, ita vt cum sale & aceto edi queant. His peractis, muria erit superfundẽda. & sic quoq; bidui spacio esui erunt aptæ. Verùm hoc notandum, oliuas, quæ aquam nõ tetigerint, pelliculam tenuiorem obtinere, esuiq; iucundiores esse: si verò tetigerint diutius erunt macerandæ, nec tamẽ vnquá

adeò

adeò erunt delicatę, propterea quòd pellicu lam siue corticē habebunt asperiorē, etiam si virides pulchræq; existant. Porrò aliter etiam oliuæ parari possunt. Oliuę siccæ, aquā nunquam ingressæ, in muriam per mensem vnum ponantur: deinde in aliam per dies quindecim vel viginti: postea rursus in aliā efficaciorem, & erūt dulces: Sed modus huiusmodi rarus est.

Ad Tineam.

℞. Radicum cyclamini contusarū, q. s. est,
Olei rosacei ℥. vj.

miscεantur ad ignem: deinde cum bullire incipient, addantur.

Lithargyrij ℥ vj.
Præcipitati præparati ʒ. j.

relinquantur ad ignem non diu, miscendò continuè, donec frigidum euadat, & fiat vnguentum, quo caput inungatur. Caput inunctum lupinorum & fabarum polline aspergendum: deinde rica aliqua tegendum erit: hocq; per triduū semel quotidie faciēdum. Porrò si capilli spontè non decidant, paulatim eradicentur, & in duodecim vel tredecim diebus sanabitur æger.

ALIVD.

℞. Saluiæ
Rosmarini
Baccarum lauri

Chamæmillæ

Cyclamini, minutatim incisi, sin.m .j. misceantur & in decem mensuris vini, coquantur optimè, deinde coletur, exprimaturq́; vinum, quo caput lauetur, quod cum siccatum, deinde caro bubulina salita, atque in puluerem redacta, super aspersa fuerit, mitra tegatur. Hoc quidem semel quotidie faciendum, donec optimè caput fuerit mundatum. Interim tamen quotidie aliquot capilli eradicandi sunt: quoniam paulatim ad maturitatem peruenientes, facilè euellentur.

Aliud facile, probatum.

R. Lardi porci masculi, antiqui lib.iij. ponatur in aceto fortissimo per dies duos: deinde extractum, & duobus vel tribus folijs chartæ, & totidem brassicæ obuolutũ, sub cineribus calidis, per horas duas, plus minúsue ponatur, donec coquatur. Quo facto mũdetur, & prelo exprimatur adeps, coleturq́;: cui deniq; addantur flos æris probè cõtriti ℥.ij. plus minúsue, secundum morbi vehementiam, miscendo continuê per horam vnam, donec frigescat, ærisq́; flos fundũ iam petere nequeat, & fiat vnguentum, quod seruetur pro re optima: quãto enim antiquius, tanto etiam melius. Quando autem vti voles, caput alternis diebus vesperi inungito, terq́; in hebdomade lixiuio, in quo furfuris

m.j.co-

m.j. coctus sit, lauato: deinde siccatum inũgito, mitramq; tegito. Quũ autem ter vel quater inunctum fuerit, fieri nequit, quin tineæ radices maturescant, ita, vt aliquas inter lauandum, facilè & absq; dolore euellere possis. Quòd si vi eradicari nequeant, non idcirco timendum: quoniam signũ est, morbum ad eum locum non peruenisse. Qua de causa relinquẽdi sunt capilli: quoniam si ibi morbus consisteret, facilè euellerentur, maximè vnguento ad maturitatẽ eos perducẽte. Cæterùm capite nudato pilis, nihil timendum: quoniá multò pulchriores renascẽtur quàm primi. Hoc autẽ remedium sæpius experientia cognitum fuit, & semper verum ac certũ fuisse cognouimus. Quoniá cùm quatuor tineæ species sint, mirũ non est, si varia quoq; remedia componantur. Plurimi enim remedia adhibent, morbo nequaquam cognito. Porrò tineam malignam indicat, circulus niger circum vngues, qui quanto maior cõstiterit, tanto morbus peior erit. His de causis supra dictis remedijs vtendũ erit: verùm à carne porcina, salsis & acribus cibis omnibus abstinendum. Quòd si vnâ vel alteram viridem lacertam, viuam, in oleo communi immerseris, & ad resolutionem vsq; coquas, deinde sæpius caput eo inungas, plurimi, longissimiq; capilli, renascentur.

Aliud ad Tineam simplicem.

R. Axungiæ masculi suis, q.s.est,
Aceti fortissimi part.iij.
Salnitri ℥.iij.

coquantur igne lento, vsque ad consumptionem aceti, deinde cum ab igne remotum fuerit, sequens addatur puluis, qui huiusmodi est.

R. Floris æris
Aluminis vsti sing.ʒ.ij.
Sulphuris
Fuliginis sing.ʒ.j.
Stercoris columbini, parum.

misceantur, & supra dictis addantur, fiatq; vnguentum, quo caput quotidie inungatur, terq; in hebdomade lixiuio, in quo rumicis radices coctę fuerint, lauetur: deinde siccatũ inũgatur: porrò tinearum alia vocatur, fabina, alia squamosa, alia viscosa, alia lupinosa, sic dicta, quod lupinorum similitudinem referat, alia sicca, alia humida, alia vlcerosa, alia absq; vlcere. Itaq; pro morbi natura medicamentum adhibendum, fortius aliud, mitius aliud. Causa autem huius morbi, est humor crassus, viscosus, corruptus, quandoq; ab vtero matris, quandoque mala victus ratione proueniens. Humida semper vlcerosa, sicca verò squamosa existit.

Aqua

Aqua ad Scabiem probata.

In phyalam aliquam vitream, aquæ fontanæ plenam, inijcito argenti ſublimati ℥.j. ſalis ammoniaci ℥.s. deinde ad ignem ſuper aſſerculum, ne bulliendo phiala frangatur, ponito, tandiu, donec aqua colli phyalæ cõſumpta fuerit. Quo facto, ab igne auferatur, & cum frigida euaſerit, addantur ouorum alba, optimè contuſa n°.iij. ſucci limoniorũ n°.iiij. aurantiorum n°.ij. & miſceâtur optimè: deinde cum ad ſolem, per duos aut tres dies fuerint, ſeruetur ad vſum. Quũ autem vti voles, veſperi, ſpongia aliqua, in aqua in tincta: deinde expreſſa leuiter circa iuncturas inungito, idque ter tantùm alternis diebus: etenim cruſtæ ipſæ minimè inungendæ erunt, ſed partes vicinæ ipſius: quoniam dolorem inducit.

Alia, ſine periculo probata.

R. Aluminis ℥.ij.
Argenti ſublimati
Salis ſing. ℥.j.

terantur, & in phialam aliquam, aquę plenã, ponantur: deinde cum ad ignem, tandiu, vt prius cocta fuerint, coletur, & fiat aqua ad ſcabiem, qua vtitor, vt ſuprà, & ſanaberis.

Scabies enim omnis iuxta iuncturas
exiccata, cutim nitidam
relinquet

Ad omnem Vstionem probatum.

Sumito calcis viuæ, in oleo communi extinctæ q.ſ.eſt, ponatur in oleum roſaceum, & fiat vnguentum,quo cum affecta pars inuncta fuerit,dolor remittetur, atq; in ſeptẽ vel octo diebus ſanabitur.

ALIVD.

Sumito litargyrij ℥.j. coquantur in vino albo & pauco aceto: deinde eximatur,& fiat puluis,cui addatur olei roſacei,butyri, quater vel ſexies aqua loti, ſing. ℥.j.

Vitelli ouorum nº.j.
Sacchari albi
Aquæ roſarum,ſing.parum

miſceantur & fiat vnguentum.

ALIVD.

℞. Aceti albi fortis, q.ſ.
Album ouorum nº.j.

Succi corticis ſambuci q.ſ. miſce, quo linteus pannus madefactus: deinde ſuper affectam partem poſitus,ita,vt vnus ſuper alterum collocetur,ſanabitur. Quòd ſi vſtæ parti,cutem inducere voles, ſumito ſucci ſambuci ſecundæ corticis.

Olibani contriti
Olei roſacei,
Ceræ nouæ,ſing.parum

miſceantur & fiat vnguentum,quo cum linteo vtitor,breui ſanaberis.

Aliud

Aliud ad idem.

R. Olei rosacei ℥.x.
Ceræ nouæ ℥.ij. ponantur ad ignē, donec liquescant: deinde addantur,
Minij contriti ℥.ij.
Lithargirij in puluerem redacti ℥.iiij. & fiat vnguentum.

ALIVD.

R. Lardi porcini antiqui & probè contusi q.s. est, coquatur in aceto albo optimo, per horas duas: deinde cum frigidum fuerit, pinguedinem supernatātem colligito, comprimendo bene, quousq; acetum omne exierit, & seruetur ad vsum: nam quo vetustius, eò etiam melius redditur. Quum autem vti voles, pars affecta manè inungatur, priore vnguento cū puluere relicto, mox eodem puluere rursus aspergatur. Quod cum per sex vel octo dies factum fuerit, æger absque vllo signo relicto sanabitur, quòd si statim à principio fiat, dolor remittetur, & refrigerato feruore, ęger conquiescet. Porrò si statim super partem vstam, lardum porcinum, masculinum, cultro abrasum, ter aut quater in hora, superpositum fuerit, maximum indè iuuamentum capiet æger, & hoc quidem bonum & probatum est, minimeque con-

temnendum remedium, quantum vis vtile habeatur.

Pilulæ, ex Terebinthina, rarum.

R. Terebinthinæ optimæ, ac decies aqua boraginis, vel alia cordiali lotæ ℥. j.
Sacchari albissimi & contriti ℥. iij.
misceantur simul paulatim, donec saccharũ ferè omne imbiberit, fiat pasta, quæ non solùm omni tempore bona est, verùm etiam quã diutissimè incorrupta manet: ita enim parata terebinthinæ omnis viscositas abijcitur, vt neq; manibus, neque palato adhærescat. Quando autẽ hac vti voles pilulæ cum saccharo & cinnamomo formẽtur, & degluatiantur. Omni enim tempore & omnibus, tam ventriculum pituitosum, quàm cholericum habentibus, conducunt. Sanant præterea infirmitates quàmplurimas intrinsecas, ventriculum confirmant, vrinam odoratam violarum more, reddunt.

Iulapium solutiuum, ex Spinæ ceruinæ acinis, ad Podagram.

R. In Septembri, sumito Spinæ ceruinæ acinos maturos, quos pruina prius tetigerit, quot volueris, contundantur parum: deinde cum in vas aliquod vitreatum, in loco calido per dies decẽ fuerint, prę̨lo succus exprima-

primatur, cui in ſingulas libras ſucci, mellis colati libra addatur, & ad ignem lentum donec ſyrupi modo cõſiſtat, coquatur. Quo facto, addito cinnamomi contriti ℥.j. gingiberis in puluerẽ redacti ʒ.ij. miſcendo bene, & ſeruetur in vaſe ligneo optimè obturato: quanto autẽ plus inueteraſcit, tantò etiam perfectius euadit. Quum verò eo vti voles, manè ſtomacho ieiuno, & veſperi ante cœnam cochleare vnum ſumito, eo ſumpto domi te contineto. Valet hic ſyrupus ad podagram potius, quàm aliam aliquã affectionẽ: quoniam dolores mitigat, corpusq; prauis humoribus purgat.

Oleum contra Venena, optimum & probatum.

R. Olei communis antiqui lib.j.
Foliorum hyperici m.iij.

miſce, & pone ad ſolem per dies octo: deinde in balneo Mariæ per horas duodecim coque: poſtea exprime bene & cola, aſpergendo ſuper aliquantulum vini Cretici: mox addito foliorum hyperici m. iij. olei cõmunis antiqui lib.j. & rurſus ad ſolem per dies octo relinquito: deinde in balneo Mariæ, vt ſuprà dictũ eſt, per horas duodecim coquito, & fiat expreſsio fortis. His factis, expreſsioni addantur, ſem. hyperici m.iij. olei communis antiqui, lib.j. miſceantur denuò, & vt ſupra dictum, ad ſolem relinquantur: deinde

in balneo Mariæ bulliant, fiatq; expreſsio, cui addantur:

Gentianæ
Hormini ſiue ſcarlegiæ
Zedoariæ
Ariſtolochiæ longæ & rotundæ
Tormentillæ
Dictamni albi
Sandalorum omnium
Boli armeni præparati ſing. ℥.ij.

miſceantur atq; ad ſolem per dies decem ponantur: deinde in balneo Mariæ per horas quatuordecim coquãtur. Quibus omnibus factis, fiat colatura, cui adiungantur:

Croci
Aloes
Spicæ nardi
Rhabarbari electi, ſing. ʒ. vj.

& miſceãtur, rurſusq; ad ſolem per dies ſex: deinde in balneo Mariæ per horas viginti quatuor coquãtur, poſtea cum colatur, ſcorpionesq; centum & viginti additi fuerint: denuo ad ſolem per horas viginti ponãtur, mox in balneo Mariæ per horas viginti quatuor coquantur, & fiat expreſsio: cui deniq; addatur Mithridati optimi ℥. s. miſceantur & ſeruetur ad vſum. Valet hoc oleum proprietate quadam occulta, cõtra venena per os ſumpta, peſtem, vermes: ſiquidem pulſus prius omnes, & cor eo inungantur: deinde

in lecto

in lecto, pannis calidis optimè æger coopertus, ſudet: atq; ſic omne venenum per ſudorem reſoluetur.

Ad Vrinæ ardorem, perfectum.

R. Sem. portulacæ
Seminis Lactucæ
Sem. Endiuiæ
Sem. Papaueris albi ℥.ij.
Sem. Iuſquiami ʒ.s.
Sebeſten ℥.ij.
Croci ʒ.j.
Glycyrhizæ ʒ.v.
Pinearum ʒ.x.
Aquæ fontanæ lib. vj.

miſceantur & coquantur vſque ad conſumptionem tertiæ partis: deinde coletur, & fiat potio, de qua ſumat patiens, manè in aurora ℥.j. cum iulapij violacei vncia vna, & videbit die quarto effectum, admiratione dignũ.

Ad Maculas omnis generis, ex ueſtibus pannisq; delendas.

R. Salis communis optimè contriti
Saponis nigri, ſing. q. ſ. eſt,

quibus optimè miſtis, maculæ inungantur: deinde cum ſiccatæ fuerint primò lixiuio, deinde aqua tepida lauentur, & euaneſcent.

Z 4

Ad purgandum Smegma commune, durum, à fœtore.

Hoc eſt, ad extrahendum oleum ex ſapone, vt ſuaue, & aptum ad quamlibet commiſtionem reddatur. Exeo enim pilæ odoratæ confici poſſunt, vel vnguentum cum liquore aliquo, in vaſis ligneis ſeruandum ad manuum lotionem, quo in Syria vtũtur: quod apud nos ſmegma Damaſcenũ ſimplex vocatur: propterea quòd cõpoſitum, vt ſuprà dictum ex odoramentis factum ſit:

R. Smegmatis duri, inciſi, vel raſi, quantũ volueris: ponatur in caldariũ, & caldarium in tripode ferreo ſubiectis carbonibus collocetur, vt paulatim liqueſiat, abſitq́; fumus tandiu, donec totum liquefiat. Quibus factis, magna copia aquæ fontanæ, ſenſim infundatur, & cùm aliquantulum cocta: deinde frigida fuerit, ſaponem, ſiue ſmegma ſuper natans, cocleare aliquo colligatur, & fiat ſmegma album purgatum: ſimile optimo Damaſceno ſimplici, quo pilæ, vel alia huiuſmodi formentur. Quòd ſi odoratum cupis, maioranæ, baſilici, garyophyllorum, roſarum, aliarumque herbarum odoratarum, quantum ſatis eſſe videbitur, inijcito & coquito: verùm herbæ in aqua, non cum ſmegmate coquendæ, ne ei permiſceantur: deinde aqua colata, ſmegmati addenda eſt. Cæte

rùm

rũm ſi aquæ colatæ, caphuræ cum oleo aliquo in mortario contritæ ℥.j. in ſingulas cẽtum libras addideris, tãto magis odoratum erit. Verùm lixiuio mortarium abluendum: deinde colatæ aquæ addendum lixiuium: quòd ſi etiam aquam roſarum, vel ex floribus mal.aurant, vel aliarum huiuſmodi rerum adiunxeris, optimè ſanè feceris. Cauendum tamen ne odoramenta in nimia imponãtur copia, vt notabilis alicuius odor percipiatur: ſed ita cõtemperentur, vt nullus certi alicuius odoris genus innoteſcat: oportet enim ſmegma Damaſcenum, nullo potiſsimum odore excellere, non aliter ac panis, qui guſtui nullum notabilem ſaporẽ infert.

Ad maculas Pannorum ſericorum, & aliorum delendas.

Veruecis pedes anteriores in cinerẽ redigito, vt fiàt puluis, quo pãni prius aqua madefacti aſpergãtur, poſtea cum ad ſolem ſiccati fuerint, iterum aqua humectẽtur, pulueréque, vt prius aſpergantur. Quibus ſæpius iteratis, puluis optimè aqua abluatur, & ſic abſq; dubio maculæ euaneſcent.

Compoſitio ex ambra nigra, ad Orbiculos conficiendos.

R, Tragacanthi ℥.iiij.
Gummi Arabici ℥.ij.

Thymiamatis ℥.vj.
Styracis non liquidi ℥.ij.
Belzoini ℥.j.s.
Ireos ℥.j.
Nucis moſchatæ nº iiij.
Gypſi ℥.vj.
Terræ nigræ lib.j.
Caphuræ ℈.viij.

Tragacanthum & gũmi in oleo ſpicæ, vel aqua aliqua odorata per dies tres vel quatuor macerentur, vt liquefiant, reliqua verò ſingulatim, in tenuiſsimum puluerem redigantur. Quo facto, tragacanthum & gummi in mortario contundantur, donec optimè liqueſcant, addendo primò puluerem odoratum: deinde gypſum, mox terrá nigram, & fiat compoſitio dura, vt manibus non adhæreſcat: deinde in loco aliquo frigido ſeruetur, fiantq; orbiculi odorati, magni vel parui, prout videbitur, poſtea in vmbra ſiccentur. Hi enim mirum in modum cerebrum recreant.

Oleum Nucis moſchatæ.

Nucis moſchatæ lib.j. vel plures incidantur minutatim, contundantur bene, & in vaſe aliquo ad ignem calefiant, miſcendo continuè: deinde cum in panno linteo forti, ſub prælo oleum expreſſum, cultelloque aliquo abraſum fuerit, ſeruetur in vaſe aliquo vitreo,

treo, probè obturato, non ad solem, & sic in quindecim diebus lucidum, clarumque euadet, quod antea mānæ speciem referebat. Hoc quidem oleum triplo maioris venditur, quàm ipsę nuces, virtutes obtinet maximas in calefaciendo. Ad suffocationem matricis efficax est, siquidem venter eo inungatur, ad ischiadam quoque remedium optimum est.

Oleum Spicæ, perfectum.

R. Flores spicæ, quot volueris, contudantur optimè, & in linteo fortissimo, sub prælo diligenter exprimatur oleum, donec exierit. Quo facto in vase aliquo vitreo, loco minimè calido ponatur, & breui lucidum optimumq; fiet. Hac etiam ratione oleum ex lauendula cōfici potest: equidem ad plurima valet hoc oleum, quòd calidissimum, maximæq; penetrabile sit, ventriculum corroborat. Quòd si in aqua gutta vna vel altera ponatur, odorata valde reddetur lauandis manibus. Optimum præterea est, ad pilas saponarias conficiendas, aliaq; quàm plurima.

Oleum Styracis, odoratum.

R. Olei amygdalarum dulcium, lib. j.
Styracis crassè contriti ℥. iiij.
misceantur & ponātur in phialam vitream, crassam, optimè obturatā, sub cineribus ca-

lidis, donec ſtyrax diſſoluatur, quod auferatur ab igne, addaturq́; maſtichis in puluerẽ redacti ℥.s. deinde frigidum coletur diligenter exprimendo. quòd ſi magis odoratũ voles, addito belzoini, garyophyllorum ſing. ℥.ij. & erit perfectum.

Oleum Beniouinum.

℞. Beniouini optimi contriti, lib. j.
Aquæ roſarum lib. ij.

miſceantur & ponantur in cucurbitam vitreã lutatã, amplam, vt manus inijci queat, ſed breuem, vt melius aſcendat oleum, optimeq́; obturatam, ne vllo modo expiret, & diſtilletur, primò igne lẽto, donec aqua omnis effluxerit: deinde paulatim aucto, quouſq; oleum aſcendere incipiat, tunc vas recipiens mutetur, ignis maximè augeatur, donec ad ℥.iij.s. olei exierit, ſerueturq́; in vaſe aliquo vitreo optimè obturato, atque ad ſolem per dies octo ſinito, & erit perfectum. Similiter fit etiam oleum ex ſtyrace. quòd ſi ſtyracis liquidi ℥.iiij. addideris, tanto melius erit.

Oleum Ladani optimum.

℞. Ladani optimi, minutatim inciſi lib. j.
Aquæ roſarum ℥ vj.
Olei amydalarum dulcium ℥. iiij.

miſceantur, & in vaſe aliquo cuprino ad ignem

nem lentum per horas duas coquantur: deinde coletur toties, donec clarũ lucidumq́; oleum euadat, & erit perfectum. quòd si ladanũ non fuerit mundum, hoc modo mundetur. Ladanum minutatim incisum, ponatur in aqua rosarum ad ignem, & bulliat: deinde cum ab igne ablatum, perq́; duas horas sic relictum fuerit, leuiter cocleare aliquo colligatur ladanum: deinde in rosarum aquam inijciatur, vt optimè frigescat. Quibus sic se habentibus fiat oleum, vt supra dictum est.

Oleum ex Citri alijsq́; odoratis floribus.

R. Florum mal. aurant.
Olei amygdalarum dulcium sing. lib. j.
Aluminis vsti, parum
Ambræ gr. iij.
Moschi gr. vj.
Caphuræ ℈. vj.

redigantur in puluerem singula, vt mos est, primò moschus: deinde ambra cũ pauco saccharo, in aqua rosacea dissoluto: demum caphura vel per se, vel etiam cum saccharo, sed postremò, & sensim, & in parua copia ponatur: quoniã grauiter olet. His factis, in phialam aliquam vitream ad solem, per dies decem & octo, vel viginti, vel per mensem vnũ (sic enim melius euadit, floresq́; probius coquuntur) deinde coletur, exprimatur bene,

& fiat oleum, quod in phiala vitrea ad solem per dies duos vel tres relinquatur, donec residuum fecerit, & sic habebis oleum suauissimi odoris: quòd si flores satis esse non viderētur, alij addantur, quo odoratius fiat. Hac etiam via, oleum ex alijs floribus odoratis confici potest.

Suffimentum facile pro ægrotis.

℞. Nucis moschatæ ℈.ij.
Garyophyllorum ℈.ij.
Cinnamomi electi ℈.iiij.
Styracis calamitæ
Aquæ rosaceæ vel spicæ nardi, vel alterius, sing. q. s.

coquantur in olla aliqua parua: deinde in cubiculo, super cineres calidos ponantur, & reddet fumum iucundissimum, & cordi maximè amicum.

Suffimenta longa rotundáue pro Cubiculis.

℞. Thymiamatis ℥.vj.
Ladani ℥.ij.
Styracis non liquidi ℥.iij.
Olibani ℥.v.
Belzoini ℥.j.
Carbonum lib.j.
Tragacanthi ℥.viij.

redigantur in puluerem tenuissimum. Tragacanthum & carbones, in aqua rosarū, vel alia aqua odorata separatim macerētur per

dies tres: deinde contundatur tragachantũ in mortario bene, addendo pulueres prædictos, & miscendo. Postremò addantur carbones continuè contundendo, fiatq; massa dura, qua cum suffimenta longa, vel rotunda, vel vt videbitur, formata fuerint, in vmbra siccentur. Quòd si minore pretio parare voles sumito, quod in aquarũ odoratarum fundo resederit, & fiat puluis: cui thymiamatis parum, odoris conciliandi gratia, addatur. Cæterùm si aliquid caphuræ adiungas, in igne stridebunt.

Puluis Cyprius, odoris præstantißimi.

R. Cardamomi ℥.iiij.
Styracis non liquidi ℥.ij.
Olibani ℥.ij.
Rosarum rubrarum, siccarum ℥. iij.
Sandali citrini ℥.j.
Belzoini ℥.iij.
Garyophyllorum ℥.ij.
Corticum ouorũ, mundatorũ lib. j. ß.
Moschi gr. viij.
Caphuræ ℈. vj.

redigãtur in pollinem subtilissimum, singula per se, pręsertim ouorum cortices, quibus deinde caphura dissoluta: deinde moschus cum saccharo pauco contritus, addantur, misceantur optimé, cribrentur: fiatq; puluis subtilissimus, qui seruetur in vase vitreo, ab

aere remoto, ne quid odoribus euanescat. Aliter etiam confici potest puluis æquè bonus, sed alio colore tinctus. In Maio sumito stercoris bubuli rubri, q. s. est, siccetur probè: deinde in puluerem redigatur, cribretur que, & fiat puluis odoratus :· quoniam eo tempore herbæ odoratæ sunt, ita, vt ignorantes puluerem ex mille herbis confectum esse putent. Nihilominus tamen pulueres supra dicti addi poterunt, præsertim moschus, ambra, & caphura, quantum satis esse videbitur.

Molendæ Ambræ, ad orbiculos conficiendos modus.

R. Ambræ gr. j.

Olei amygdalarum dulcium, vel iasmini, vel de ben (quo suffitores communiter vtuntur: propterea quòd nullum alienum præ se ferat odorem, diutissimeq; incorruptũ maneat) guttam j. Quòd si nullum horum adsit, amygdalas duas contundito, oleumque vel succum exprimito, quo ambram deniq; conterito. Si melius efficere voles, ambra in dicto oleo per noctem vnam mollescat: deinde diligenter cõteratur: quãto enim plus teritur, eo etiã melius. Quo facto, ambra supra dictis, nempe moscho, alijsq; rebus odoratis, addatur. Si autem orbiculos odoratos efficere volueris: sumito tragachãti ℥.v. dissoluatur

ſoluatur per dies tres, in tanta roſarũ aqua, donec ad quatuor digitos emineat: deindè cũ ſuper marmore cõtritum fuerit, addãtur:

Ladani
Nucis moſchatæ, ſing. ℥.ij.
Styracis non liquidi
Cinnamomi electi, ſing. ℥.j.s.
Spicæ nardi ℥.s.

redigantur in puluerem ſubtiliſsimum, cribrentur: deinde cum tragacantho contemperẽtur, adiungendo moſchi optimi cum ſupra dicto oleo contriti, gr. viij. ambræ ſimiliter tritæ gr. vj. zibetti, eodem modo parati, gr. iij. caphuræ, vt ſuprà contritæ ℈.ij. Quòd ſi maſſa ad formandos orbiculos, apta ſatisq; dura non fuerit, relinquatur per diem vnũ, donec apta reddatur, & fiant orbiculi perforati roſis argenteis ad orbiculorum foramina additis, ne odor tactu expiret: deinde in vmbra ſiccentur. Qui cum manibus attrectati, vel inter veſtes poſiti, iucũdiſsimũ eis odorem conciliant.

Muſcatina Dulciaria præſtãtiſsima alba, & rubra.

℞. Tragacanthi albi, in aqua roſarum per dies duos madefacti, quantum volueris, cõtundatur in mortario: deinde addantur ſequentia, nempe.

Amyli vel hordei farinæ q.ſ.
Sacchari albi, parum

Maſtichis contritæ ℈.s.
Moſchi triti, parum

miſceātur bene manibus, & fiat maſſa, quòd ſi dulciaria alba melioraq́; efficere voles, addatur ireos, ſandali albi, ſing. parum: ſi verò rubra ſandali rubri, vel ſanguinis draconis parũ, quo facto in partes minutiſsimas ſcindantur: deinde in vmbra ſiccentur, fiantq́ue dulciaria.

Modus conficiendæ Caphuræ factitiæ.

℞. Vernicis albæ ℥.iiij.
Maſtichis
Olibani albi, ſing. ℥.j.
Caphuræ ʒ.ij.

quibus in tenuiſsimum puluerem redactis, addantur ouorum alba, cum aquæ vitæ puſillo cõtuſa, n°.iiij. miſceantur bene, fiantq́; maſſulæ, ſiue panes ad ſolem feruentiſsimũ per dies quindecim vel viginti ſiccentur. Ac nõ minus perfecta erit caphura, ea, quę Conſtantinopoli arte conficitur.

Seuum, quod Pomatam uocant, odoratum & pretioſum.

℞. Poma Appiana, vel alia odorata n°. xx. vel xxx. eaq́; in partes ſecato, inter quæ cinnamomum & garyophyllos, vt odorem recipiant, ponito: deinde in aqua roſarum, cui additæ fuerint nuces moſchatę n°.vj. macis ʒ.ij. per

℥.ij.per dies sex relinquito. Quo facto, sumito adipis porcinæ, à superiori pellicula mundatę atq; incisę lib.iij.ponatur prius in aqua fontana per dies tres, vel quatuor: deinde in aqua rosarum, vel alia quapiam odorata, vt optimè purificetur, odoratiorq́; reddatur: deinde in olla ad ignem lentum per horam vnam ponatur, addendo poma supra dicta olei arantiorum mal.℥.j. aqua namphæ tantum, donec omnia cooperiantur, coquanturq́;, quoad poma probè fuerint cocta. His factis, spatula aliqua lignea poma cõtundantur: deinde per cribrum, primò quidem rarum: deinde densum colentur calida, addendo ceræ albæ incisæ ℥.iij.s.sandali albi, contriti ℥.ij.& misceátur bene, donec frigidum euadat: mox in rosarum aqua lauetur, tandiu, quousq; album reddatur. His factis, addantur moschi contriti gr.viij.ambræ in pollinem redactæ gr.iiij.misceantnr, & sub dio per quatuor vel sex noctes relinquâtur, fiatque seuum perfectum & odoratum: quòd si minori pretio voles, minus moschi & ambræ addito. Verùm nos sæpius hoc modo confecimus, & semper perfectissimum inuenimus.

Aliud in forma unguenti, ad Oris, manuum, narium, & pedum rimas, atq; ad quamuis inflammationem.

R. Seui veruecini ℥.ij.
Hircini ℥.j.

incidantur, & ad ignem liquescant: deinde per cribrum colentur, addendo ceræ nouæ ℥.iij. olei amygdalarum dulcium ℥.ij. & continenter ad ignem misceantur. Quo facto, ab igne auferatur, addáturq; caphuræ ℈. iiij. permisceantur tandiu, donec frigidum euadat, & fiat seuum.

Aliud melius probatumq;.

R. Ceræ nouæ, incisæ
Seui hircini
Medullæ bubulæ sing. ℥.j.s.
Olei hyperici
Olei Rosacei sing. ℥.j.
Salis optimè contriti, parum

seuũ & medulla incidantur, deinde liquescant, & colentur, mox ad ignem lentum, vt calefiant tantùm, ponátur, addendo ceram, oleum, & sal, & contemperentur bene. quod cum factum fuerit, ab igne auferantur, adданturq; caphuræ tritæ ℈. vj. & misceantur tandiu, donec frigescant, fiatq; seuum, in vasis ligneis seruandum: quanto enim plus inueterascit, eo etiam magis perficitur. Valet

hoc ad

hoc ad omnem ægritudinem calidam, oris, narium & manuum rimas. Item ad calcaneorum inflammationes, aliosq; tumores: quos sæpius inunctos repercutit, & commitigat dolorem.

Smegmata diuersa Odorata, quibus tonsores utuntur.

Primò sciendum, smegma duobus purgari modis: nam smegma Venetũ in minutas partes inciditur, deinde in ollam cum rosarum aqua, vel alia odorata ponitur. Fit etiã hoc modo. R. Aquam communem siue fontanam, in quam aliquantum cupreſsi inijcito: deinde coquito aliquandiu, mox colato, atq; sic aqua valde odorata reddetur. Poſſunt etiam flores odorati inijci, vt myrti, aurantiorum, citriorum, rosarum, spicæ, lauendulæ, agni casti, stœchados, violarum, genistarum, rosmarini, saluiæ alijq; huiusmodi. Quòd si flores desint, folia citriorum, lauri, baccharis, menthæ, maioranæ, thymi, aliaq; odorata ponãtur, vt odorata fiat aqua: quæ cum aliquantum cocta fuerit, smegma in superficie natans tollatur, atq; super laterem nouũ siccetur, & sic ipsum quidem purum, aqua verò nigra reddetur, propterea quòd omnem immunditiem & fœtorẽ extraxerit, ita, vt singulis diebus vnciam vnam purgatio detrahit, aut paulò plus.

ALITER.

R. Smegmatis raſi, ad ſolem vel in fornace ſiccati, atq; in puluerem redacti, cribratiq;, quantum volueris, madefiat roſarum aqua, vel ſpicæ, rurſus in vmbra ſiccetur, vel ſi ocius efficere voles, ſmegmati inciſo & cōtuſo, addito ireos contriti, ſtyracis, ſing. q. ſ. eſt, caphuræ parum, & fiant pilæ, quæ quidem haud magni erunt pretij.

Ad odorem Smegmati conciliandum, quo tonſores utuntur.

R. Supra dicti ſmegmatis lib. vj. contundatur bene in mortario, cui deinde addantur

Ladani ℥.ij.
Mahaleb ℥. iiij.
Aniſi ℥.j.
Nucis moſchatæ n°.iij.
Maioranæ
Roſarum ſiccarum
Pulueris Cyprici ſing. ℥.s.
Garyophyllorum ℥.iij.
Ireos ℥.vj.
Amyli ℥.viij.
Styracis liquidi ℈.s.
Moſchi gr.iij. vel iiij.
Caphuræ ℈. vj.
Sacchari albiſsimi, parum

redigan-

redigantur in puluerē omnia, ac ſupra dicti ſmegmati addātur, & fiat maſſa dura, ex qua pilæ formentur: deinde in vmbra ſiccentur, & erunt perfectæ.

ALITER.

R. Supradicti ſmegmatis contuſi, lib. ij
Succi mahaleb ℥. ij.
Garyophyllorum ℥.ij.
Ireos ℥.iij.
Ladani ℥.j.s.
Styracis ℥.j.

terenda conterantur & miſceantur, fiatque maſſa dura, qua pilæ formentur & in vmbra ſiccentur. Verum mahaleb, frumenti granis ſimile eſt in colore & quantitate, ſed aliquanto rotundius & maius. Succus autem exprimitur, ſi prius in aqua roſarum, vel alia odorata macerentur, deinde cōtundantur, & ſub prælo ſuccus, totum odorem in ſe cōtinens, exprimatur. Cæterùm materia in ſucco ſub prælo relicta exiccari, deinde in puluerem redigi poteſt: quoniam eandem cum ſucco vim obtinet, odoremq; violarū ſpirat.

ALIVD ALBVM.

R. Supradicti ſmegmatis lib.s.
Ireos ℥.iiij.
Sandali albi ℥.ij.
Amyli ℥. iij.
Styracis ℥.j.

redigantur in pollinem omnia: deinde aqua rosarum, vel moschata humectetur aliquantum puluis, & fiat massa alba, ex qua globi confici aliæque figuræ possunt.

Aliud simplex & bonum.

R. Supradicti smegmatis albi lib. iiij.
Ireos ℥.s.
Garyophyllorum ℥.ij.
Mahaleb ℥.iij.

terantur omnia in mortario, & cum aqua tuberorum vel spicæ, fiat massa dura ad pilas effingendas.

Aqua facilis, Cutem leuem, tensam, splendidamq; reddens.

R. Aquæ fontanæ distillatæ, quantum voles, mirrhæ in sing. huius aquæ phialas ℥.j. corticũ ouorum non coctorum n°.iiij. gummi iuniperi, cochleare dimidium, medullæ panis, in lacte caprino molliti m.j. misceantur & distillentur, quousq; omnis aqua exierit: quo facto, sumito seuum, quod Pomatã vocãt, si haberi potest: sin minus, adipem caprinam, vel gallinaceam, vel agninã, vel vitulinam, quæ tamen semel bisue in pura aqua sunt percolanda: mox in ollam ad lentum ignem poneda, vt liquefiant, addendo sensim supra dictæ aquæ destillatæ tantũ, vt frigefactum olei vnguentiue speciem referat: verùm

verùm cùm aqua adipi permiſceri non poſſit, ſed potius olei modo ſupernatet adeps, aliquantulum tartari vſti, ſed non multum, vel ſalis alcali, vel boracis in aqua diſſolui oportet, quo exactè permiſceri queat. Quod cum factum fuerit, vnguentum in vaſis vitreis ſeruetur. Quum verò odoratum efficere voles, addito caphuræ, beniouini albi, moſchi, vel ambræ, quæ in aqua roſarum diſſoluta & percolata ſint, ſiue oleum iaſmini, quod idem erit.

Ad Faciei maculas, omnes lentigines, etiam & cutem attenuandam, pulchramq́; conſeruandam.

R. Myrrhæ contritæ q. ſ. eſt.
Ouorum alba n°.j.
Aquæ vitæ parum,

miſceantur & contundantur optimè: deinde diſtillẽtur, donec aqua omnis emanarit, cui deinde tantum lactis virginei addatur, quantum dicta aqua appenderit, & ſeruetur in vaſe vitreo. Lac autem virgineũ fit, quando lithargyrium in aceto coquitur, & colatur: deinde aliquid olei tartari additur, & erit aqua lacti ſimilis. Quando autem vti voles, faciem prius aqua, in qua furfur aliquandiu fuerit, abluito cum linteo, vel panno rubro, quod melius eſt, fricando bene: deinde cùm linteo albo mundo facies exiccata fuerit, ſupra dicto vnguento faciẽ vngito, manè

& veſperi, & per ſe ſiccari permittito, atque hinc rem admiratione dignã videre licebit.

Aqua, ad Faciem & manus pulcherrimas reddendas.

R. Florum liliorum alborum, quot volueris, diſtillentur in cucurbita vitrea, vel plumbea, igne admodum lento, cui aliquantũ ſandali albi, loti inijciatur, donec optimè molleſcat. Quo facto, in ſingulas iam dictæ aquę vncias, addantur maſtichis lotæ, deinde ſiccatæ & tritę ℥.iij. vel ℥.iiij. & miſceantur omnia: deinde diſtillentur, ponendo ad fundũ roſtri, aliquid moſchi, vt odorata fiat, & erit aqua pretioſa, quę in hanc vſq; diem, paucis admodum cognita eſt.

Ad Maculas, uel cicatrices delendas morbo Gallico, uel alia affectione contractas.

R. Butyri
Axungiæ porcinæ ſing. q. ſ. eſt,
liqueſcant ad ignem, addendo terebinthinę parum, & fiat miſtura, quę cum nouies aqua lota fuerit, addatur in ſingulas tres vncias, vitellum oui vnum, aluminis vſti parum, miſceantur omnia bene, fiatq; vnguentũ. Quod cum ſuper linteum extenſum, deinde parti affectæ applicatum fuerit, breui ſanabitur. Porrò ſi deinceps quoq; ſupra dicta aqua ex myrrha, & lacte virgineo partẽ inungas affectam,

ctam, nihil quod desideras, deerit.

Pannus Violaceus, ad Pingendum & scribendum.

R. Granorum ebuli, maturorum & contusorum, quantum satis est, relinquantur in loco aliquo calido, donec putrescant: deinde aliquantum contundantur, succusq; sub prælo exprimatur: deinde sumito calcis viuæ scutellam dimidiam, ponatur in catinũ aliquod, superinfundendo tantum aquæ, donec ad duas vel tres scutellas aquę emineat: deinde sensim aqua colata, panni lintei mundi, subtiles & veteres ea humectentur, atque in vmbra siccentur. Quo facto, aluminis aliquantum in aqua communi coquatur, post pannos supradictos inijcito, & bulliant aliquandiu: deinde cũ in vmbra siccati fuerint in succum prædictum, bis térue immergantur, & in vmbra siccentur, collocando super rete aliquod ęqualiter, ne color vsquam diffluat: & sic erunt pittacia siue pecciolæ colo ratæ in loco aliquo, à puluere, aereq; remoto seruanda. Atq; hic est verus modus tingẽ di pittacia, quolibet colore, tam ad miniandum quàm ad scribendum, quem insignis miniator nomine Euãgelista semper tenuit, & probauit.

ALIVD AD IDEM.

R. Granorum myrthi, maturorum q.s. est,

contundantur, & sub prælo succus exprimatur, quo cum supra dicti panniculi tincti: deinde in vmbra siccati fuerint, perfecti erunt.

Ad uiridem Colorem.

R. Floris æris probè contriti, q. s. est,
Croci, capillos quatuor.

ponantur in aceto fortissimo, addendo succi rutæ tantundem: deinde cum panni in vrina prius imbuti, moxque in vmbra exiccati fuerint, bis vel ter in succo tingãtur, deinde in vmbra siccentur, & erunt perfecti.

ALITER.

R. Auripigmenti quartam dimidiam,
Lixiuij fortis ℥.ij.
Orichalci veteris, parum
Floris æris ℥.s.
Granorum iuniperi ℥.j.

terantur & contundantur, deinde misceantur & coquantur ad consumptionem quartæ partis. Quo facto, panniculi intingantur: deinde in vmbra siccentur, vt dictum est.

ALITER.

R. Succi liliorum cœruleorum quantum volueris,
Aluminis contriti, parum,

misceantur, & fiat tinctura, qua panniculi tingantur: deinde vt supra dictum est, in vmbra

bra ſiccentur. Quòd ſi rubro colore eos tingere velis, fiat ſuccus ex cocci granis: ſi verò colore cœruleo, lini vel liliorum cœruleorũ flores capito, atque vt ſupra rem adminiſtrato. Quum autem his ad ſcribendum, minian dûmue (vt dicitur) vti voles, panniculos aqua gummata humectato, mox ſuccũ exprimito, quo ſcribito & pingito.

Ad Barbam & capillos gignendos, qui poſtea non defluant, probatum. 1.

R. Apes in cinerem combuſtas, quot volueris,
Sem. lini vſti, & triti, tantundem.
Olei lacertarum viridium (fit autem hoc, ſi lacertæ virides viuæ, in phialam aliquam vitream, olei communis plenam, ad ignem, vſq; ad reſolutionẽ ponantur: deinde ad ſolem per quindecim, vel viginti dies ſinantur) quantũ ſatis eſt, miſceantur, & fiat vnguentũ, quo partes pilis nudæ, manè & veſperi inungantur, & ſic breui renaſcentur capilli & nõ decident. Verùm caput ſequenti lixiuio prius lauandum erit:

R. Lixiuiij ex vitium cineribus q.ſ.eſt,
Capillorum Veneris
Agrimoniæ
Hederæ arboreæ ſing. M.v.

miſceantur & coquantur: deinde coletur & ſeruetur ad vſum coopertum, quo cum ca-

put bis vel ter in ſeptimana lotum, deinde ſiccatum, mox leuiter prædicto vnguento illitum fuerit, fieri nequit, quin plurimi longiſsimiq́ue capilli generentur, firmiterq́ue hæreant.

Ad Pilos, ex quacunq; corporis parte depellendos.

℞. Calcis viuæ recentis ℥.iiij.
Auripigmenti contriti ℥.j.
Lixiuij fortiſsimi, menſuras ij.

miſceantur & in olla coquantur, donec inſpiſſentur, vel anatis penna immiſſa ardeat, miſcendo cõtinuè: deinde in vaſe aliquo vitreo, vitreatóue ſeruetur. Quádo autem vti voles, primò partes, oleo amygdalarum dulcium (quo minus calor ſentiatur) deinde vnguento leuiter inũgantur. Verùm ſi quis cutem ſubtiliorem habeat, ita, vt ardorẽ aliquandiu ferre non poſsit, aqua ſequẽti partem illiniat, & ſtatim ardor ceſſabit,

℞. Aquæ roſarum ℥.ij.
Aquæ plantaginis ℥.j.
Sacchari albiſsimi ℥.s.

miſceantur & fiat aqua. Poteris autẽ hac vti alternis tantùm diebus, prout videbitur. quòd ſi à tali vnguento abhorrueris, ſequenti vtitor:

℞. Salis ammoniaci
Fellis hircini ſing. q. ſatis eſt,

miſcean-

miſceantur bene, & fiat vnguentũ, quo partes hirſutæ inungantur.

ALIVD.

R. Succi radicum chelidoniæ
Auripigmenti
Hederæ ſing. q. ſ. eſt,
Ouorum formicarum
Aceti ſing. part. j.

miſceantur optimè, fiatq; vnguentum, quo ſi partes piloſæ ſæpius inũctæ fuerint, abſq; dubio capilli decident. quòd ſi dolor poſtea ſucceſſerit, ſupradicta aqua loca affecta illini debent.

Ad Capillos canos, nigro colore tingendos.

R. Lixiuij menſuras v.
Lithargyrij ℥. vj.
Saluiæ
Foliorum fici nigræ ſing. M. j.

miſceantur & coquantur vſque ad conſumptionem quartæ partis, & fiat lixiuium, quo cùm caput bis in hebdomade lotum, deinde ſiccatum fuerit, ſequenti vnguento vtitor.

R. Succi ſaluiæ q. ſ. eſt,
Tartari nigri ℥. j.
Lithargyrij ℥. s.

miſceantur, & fiat vnguẽtum, quo plumbeo pectine ſæpius inuncto, capilli pectantur, & ſtatim nigri reddentur.

Aliud, quo matrona quædam Veneta est usa.

R. Olei Tartari calidi, q.ſ.
inũgãtur ſpongia vel pecten, quo capilli pe-ctantur ad ſolem, capite prius loto, vt ſuprà dictum eſt. Quòd cum ter quotidie factum fuerit, fieri nequit, quin ſeptem diebus capilli nigri reddantur. Cæterùm ſi odoratos eos facere voles, poſtremo capillos, oleo beniouino inungito: quoniam capillos nõ ſolùm odoratos, ſed etiã nigros reddit, & eſt rarũ.

ALIVD.

R. Mellis albi quantum volueris, diſtilletur in cucurbita vitrea igne maximo, & fiat aqua, qua barba vel capilli lauentur, capite prius loto & ſiccato, vt iam dictum eſt.

ALIVD.

R. Olei papaueris q.ſ.
Vini albi, parum,
miſceantur & fiat vnguentum, quo cum caput inunctum fuerit, capilli venuſti erunt.

ALIVD.

R. Croci optimi
Vitelli ouorum coctorum ſing. q.ſ.
Mellis parum,
miſce & fiat vnguentum, quo manè & veſperi caput liniatur. Quòd ſi per menſem vnum continuaueris, lauando ſępius caput, capilli aureo colore tingẽtur. Verùm pecten prius

oleo

oleo amygdalarum amărarum inũgendus, hocq; eo tempore faciendum, quo quis ad solem manet, & erunt pulcherrimi.

ALIVD.

℞. Lixiuij
Rad. endiuiæ
Glycyrrhizæ
Cumini sing. q. s. est.

misceantur & coquantur, fiatq; lixiuiũ, quo cum caput bis in hebdomade lotum, deinde siccatum, sulphure viuo suffiantur capilli, & aureo colore tingentur.

Aliud ad idem.

℞. Saponis nigri
Calcis viuæ
Lithargyrij sing. q. s.

misceantur, & fiat vnguentum, quo sæpius capilli inungantur, & nigri reddentur.

Aliud, rubros efficiens Capillos, si cani fuerint.

℞. Foliorum nucis M. j.

destillentur in cucurbita vitrea, qua solũ capilli canescentes lauẽtur diebus quindecim & rubri fient: durabitque tinctura mensem vnum. Faciem autẽ ea aqua ne tangito: nam nigra fieret.

Aliud Nigros efficiens.

R. Lumbricorum terrestrium, vstorum, vel foliorum ficus nigræ in puluerem redactorum,
Olei amygdalarũ dulcium sin. q.s. est, misceantur fiatq; vnguentum ad capillos.

Aliud, breui tempore Capillos generans.

R. Oua gallinarũ, quot volueris, coquantur in aqua aliquandiu, dein vitella eorum extracta, in sartagine frigantur, donec humor aliquis exeat. Quo facto, sub prælo exprimatur succus, cui addatur cineris cornu bubuli, & stercoris caprini vsti, sing. q. s. est, misceantur & fiat vnguentum, quo cum partes glabræ inunctæ fuerint sæpius, statim nascentur pili.

Ad candorem argenteum Capillis absq; sole conciliandum probatum.

R. Aquæ fluuialis lib. xxv.
Rad. & fol. centaureæ ℥. iij.
coquantur simul vsq; ad consumptionẽ tertiæ partis, deinde cũ ad solem per dies quindecim fuerint, addantur
Gummi Arabicæ
Tragacanthi
Aluminis sing. ℥. ij.
Smegmatis siue saponis Veneti

Alumi-

Aluminis, ex vini fœcibus, albi
ſing. lib. j.

miſceantur & coquantur aliquandiu, fiatq; aqua, quæ Italorum vulgò, Bionda, hoc eſt, flaua Veneta, appellatur. Quando autem vti voles, manè capillos tingito bene, eosq; in panno linteo inuoluito: deinde veſperi caput lixiuio, in quo herba vitriola appellata, cocta fuerit, lauato, atq; ad ſolem vel ignem ſiccato. Quod cum bis terûe in hebdomade factum fuerit, capilli, albi, ſplendidi, & argento ſimiles reddentur.

Maſſa dura, odorata, Pomatæ ſimilis, ad lauandas manus, & oris, narium, manuumq; rimas conſolidandas.

R. Amygdalarum dulcium mund. ℥.vj.
Pinearum albarum mundatarum
Sem. cucurbitæ, vel melonum mund.
ſing. ℥.iiij.

miſceantur & contundantur optimè, deinde addatur, mellis lib. j. & ſpatula lignea optimè miſceantur, poſtea adiungatur ſmegmatis Veneti inciſi, lib. j. atq; cum iterum miſta & cõtuſa benè fuerint, addantur aquę bryoniæ lib. ij. s. rurſusque optimè miſceantur. Quibus omnibus factis in ollam nouam coopertam, per diem naturalem relinquantur: deinde ſuper carbones accenſos, ad horæ quadrantem bulliant, ſpatula continenter

miſcendo, ne adhæreſcant, fœtoremque aſſumant. Quod cum factum fuerit, in catino aliquo ponantur, addendo amyli ℥. vj. farinæ fabarum ℥.iiij. miſceantur bene, deinde addantur garyophyllorum contritorũ, ſtyracis non liquidi triti, ſing. ℥.iij. aluminis ex vini fæcibus ℥. vj. quæ cum rurſus commiſta bene fuerint, relinquãtur in vaſe optimè cooperto, per dies decem. His omnibus ſic ſe habentibus addantur Mahaleb in puluerem redacti ℥.iij. moſchi, zibetti cõtriti, ſing. ℈.j. ouorum alba contuſa n°.x. ſalis albi cõtriti ℥.ij. miſceantur, & fiat maſſa odorata, quam vnguentum imperiale appellare ſolent, propterea quòd valde pretioſa exiſtat. Hac maſſa omni tempore vti licebit: quoniã memoriam confortat, faciem & manus odoratas reddit, ſiquidem ea lauentur: oris, narium manuumq; rimas conſolidat, ſi manè & veſperi ea inungantur.

Vt cutis candore præſtet.

R. Aceti diſtillati lib.j.
Spumæ argenti ℥.j.

miſce & in phialam aliquam vitream, ſuper laterem ad ignem, per horam vnam, deinde ad ſolem per dies octo ponãtur & ſeruetur. Dein ſumito:

Aquæ cucurbitæ lib.j.
Salis gemmæ ℥.j.

miſce.

misceantur, & in phialam aliam similiter ad ignem, per horam vnam ponantur vt suprà, & seruetur. Quando autem vti voles, sumito huius aquæ cum sale supra dicti aceti cũ argenti spuma, sing. part. j. commisceantur, & fiat aqua lacti similis, qua cum cutis, vel facies spõgia fuerit subtiliter lota, alba, mollis & leuis reddetur. Quòd si rubram, splendidamq; cutem, efficere volueris:

R. Aceti bis distillati lib.j.
Sandali rubri in puluerem redacti ℥.j.
Aluminis parum.

Ex his fiat mistio, & in phialam aliquam vitream, ad ignem per horam dimidiam locentur: & adde moschi vel zibetti gr.ij. præsertim si odoratum habere cupias, fiatq; aqua, qua lauetur facies vt supra. Quòd si nimis rubra esset aqua, adde parum aluminis, atq; sic faciem splendidam, rubicundam, oodoratamq; reddet.

Oleum, Cutem pulchram, splendidamq; reddens.

R. Tartari albi lib.j.
Talci
Salis sing.lib.s.

misceantur & in fornace laterario vel calcario ponantur donec comburantur. Quo facto super marmore teratur materia, deinde in sacculo aliquo, in conum siue acumẽ desinente, in loco humido, aereq; remoto, per

quidecim vel viginti dies ponatur, ſupponendo vas aliquod, vt oleum diſtillans recipiat, & ſeruetur tanquam res pretioſa. Quũ autem vti voles, cutis prius lixiuio lauanda, atq; ſiccanda: deinde oleo prædicto, cũ panno aliquo linteo inungenda & fricanda leuiter erit: quoniam omnis generis maculas delet, cutem mollem nitidamq; efficit.

Aqua reddens Cutem candidam & mollem, qua hodie Venetijs utuntur.

R. Cucurbitas longas, albas n°.ij.
Faſeolorũ exẽptis ocellis, ſcutellas iij.
Medullæ panis in lacte, per noctem vnam maceratæ n°.iij.
Sem. melonum ſcutellam j.
Sem. mal. Perſicorũ mundat. ſcutella
Sem. pinearum mundat. lib.j.
Pipiones viuos, vnà cum pennis, integros, ſed euiſceratos n°. ij.

contundenda contundantur in mortario: deinde in curcurbita vitrea deſtillentur, donec aqua extrahatur, qua cutis vel facies lauetur.

Ad Faciem detergendam, maculasq; omnis generis delendas.

R. Terebinthinæ Venetæ lib.ij.
Ouorum recentium alba n°. xij.

miſceantur & in cucurbita vitrea bis deſtillentur.

lentur, & fiat aqua, cui addantur caphurę cō tritæ ℈.x. & diſſoluatur bene, ſerueturque. Quum autem vti voles, ſumito huius aquæ ℥.j. aquæ teſtudinum ℥.j. miſce, ſæpiusq́; faciem laua.

Aqua ad Faciei ſerpigines, næuos, aliasq́; huiuſmodi maculas.

R. Salnitri

Tartari albi ſing. lib.j.

terantur per ſe ſingula, deinde permiſceantur, cribrentur & fiat puluis ſubtiliſsimus. Quo facto, in catinum aliquod collocetur puluis, ex quo maſſa formetur, ſacchari modo alta, deinde carbo accenſus ſuper acumē eius ponatur, & ſic per ſe comburetur. Quoniam cum ſalnitrum tenuiū, humidarumq́; ſit partium, tartarum verò craſſarum, per ſe cōburi, atq; in maſſam quandam mutari neceſſe eſt. His ſic ſe habentibus in ſcutellam aliquam, maſſa vel placenta illa immittatur, ſuper infundendo aquam calidam, digitisq́; frangatur, quouſq; optimè diſſoluatur, deinde cum per feltrum colatum, & in ollam nouam ad ignem, vt vix ferueat, poſita fuerit, donec ſiccetur, puluis (in quo vis omnis cōtinetur) in fundo relictus, ſeruetur. Quo facto ſumito ampullam, cui indantur aceti diſtillati ℥.iiij. aquæ vitæ ter diſtillatæ ℥.j. mox puluis ſupradictus infundatur, permiſcea-

tur, atq; ad ſolem per dies tres collocetur, vaſe optimè cooperto, & ſeruetur. Quum verò vti voles, manè & veſperi, ſerpigines, aliasq́; huiuſmodi maculas lauato, & paucis admodum diebus integrè ſanabuntur, cutisq́; candida venuſtaq́; reddetur.

Aliud, ad eaſdem Maculas, rarum.

R. Fæces vini albi easq́; ſiccabis, & ſiccas in vaſe ferreo in cinerem rediges. Quo facto in ſacculo, in loco humido, per dies viginti vel triginta maneant, ſuppoſito vaſe aliquo vitreo, donec in oleum omnis cõmutetur, & ſeruetur in vitreo vaſe. Quo cũ maculæ vel ſerpigines inunctæ fuerint, citò euaneſcent, cutisq́; mollicula euadet. Quòd ſi odoratũ cupias, addito garyophyllos n°. xx.

Ad lentigines faciei.

R. Fel bubuli n°. v. vel vj.
Aluminis lib. ij.
Sacchari albi ℥. vj.
Malorum limoniorũ, minutatim inciſorum n°. viij.

miſceantur, & in cucurbita vitrea diſtillentur, fiatq́; aqua cui addatur, ſublimati in pulverem redacti ℥. j. & relinquatur ad ſolem per dies decem, vaſe optimè cooperto: deinde ſeruetur: qua cum lentigines ſpongia inunctæ fuerint, & diligenter confricatæ,
ſubitò

ſubitò tollentur, cutisq; alba remanebit.

ALIVD.

R. Granorum frumēti ſcutellam j. imponantur batillo ferreo feruēti, donec aliquantum ſiccescant: mox ſic calida contundito, ſuccumque exprimito, quo lentigines perfricentur.

Ad omnis generis puſtulas Faciei, ex hepatis calore uenientes.

R. Axungiæ porcinæ mundatæ
Sulphuris viui ſing. part. j.
Aquæ perſici & filicis diſtillatæ
ſing. q. ſ. eſt,

miſceantur ad ignem lentum, & fiat vnguentum, quo puſtulæ inunctæ ſanabuntur. Verùm à vino cæterisque rebus calidis abſtinendum.

Ad Serpiginem.

R. Chelidoniæ quantum volueris, bene manu contundatur inter duo ſaxa optimè: deinde ſuper ſerpigines, vel alias huiuſmodi maculas nigras, ſæpius ponatur, & euaneſcent.

Smegma, ad omnis generis maculas, ex Pannis delendas.

R. Fel bubuli, dimidium
Ouorum alba n°. j. vel. ij.

misceantur benè, addendo
Aluminis vsti lib.j.
Pulueris ireos ℥.vj.
Salis contriti, parum & misce.
Quo facto, addatur tantum saponis albi, incisi vel rasi, quantum ad globos effingendos satis esse videatur, & siccẽtur in vmbra: quoniam sol ijs aduersatur. Quæ si vendere volueris, æqualis pondere eas conficito. Cum autem maculas delere voles, pannum prius aqua frigida humectato, fricando optimè iam dicto sapone, deinde aqua frigida abluatur. Quòd si adhuc comparuerint maculæ, siccetur pannus: deinde rursus, vt prius lauetur, & prorsus abstergentur.

ALIVD.

℞. Smegmatis albi Veneti, lib.j.
Vitelli ouorum n°.vj.
Salis triti, cochleare dimidium,
Succi betæ, q.s.est,
misceantur, & fiat massa ad globos conformandos, qui in vmbra siccentur. Quando autem vti voles, pannum aqua prius abluito, deinde dicto sapone fricato, mox aqua abluito, & adimentur.

ALIVD.

℞. Smegmatis albi, rasi lib.j.
Fellis hircini, vel bubuli

Aluminis catini, ſing. ℥.j.
Vitelli ouorum n°.ij.
Cineris parum,
miſceantur in mortario bene, fiantq́ pilæ, quibus, vt iam dictum eſt, vtitor.

ALIVD.

R. Fellis veteris bouis q.ſ.eſt,
Fœnigræci, in pollinem redacti lib.j.
Smegmatis albi, lib.j. s.
Lixiuij fortis, menſ. iij.
miſceantur & coquantur ad ignem, vſq; ad conſumptionem medij, & ſeruetur ad maculas delendas.

Aliud, ad maculas Vnctuoſas.

R. Aluminis rochæ
Calcis viuæ ſing. lib.j.
Aluminis ex vini fæcibus ℥. vj.
Smegmatis albi raſi, lib. iij.
Aquæ fontanæ lib. iiij.
miſceantur & aliquandiu ad ignem coquantur, deinde percoletur, & ad vſum ſeruetur. Quando autem vti voles, maculas vnctuoſas ex vtroq; latere calido, bene confricato, mox aqua pura abluito. Quo facto, bis aut ter, ſapone & aqua abluātur maſculę, & abſque dubio adimentur.

Aliud, ad eaſdem Maculas.

R. Aquæ fluuialis menſ. ij.

Fellis bubuli n°. j.
Aluminis vsti ℥.iiij.
Aluminis ex vini fæcibus arsi ℥. iij.
Caphuræ ℈.ij.

misceantur & coquantur vsq; ad consumptioné medietatis, deinde coletur quo maculæ lotæ bis, térue delebuntur.

Ad Maculas ex panno purpureo, siue è lana sit, siue serico, sine coloris detrimento delendas.

R. Succi saponariæ quantum volueris, & super maculas ponito, ac sic per horas duas, vel tres sinito: deinde aqua calida diligéter eluito. Quòd si nōdum macula prorsus delecta sit, iterato. quod si pannus grano tinctus non fuerit, dicto succo aliquantum saponis adiungito & permisceto diligenter, atq; iterum eluito, & macula euanescet omnino.

Ad Maculas delendas ex pannis sericis albis, & chermesinis.

Aqua vitæ ter destillata, maculæ prius humectétur, deinde oui album superaddatur, & siccetur ad solem, aquaq́; frigida abluantur probè. Quod cum bis factum fuerit, maculæ extinguentur.

ALIVD.

R. Aquæ aluminis q.s. qua maculas eluito bene,

bene, confricando pannum, deinde aqua frigida abluito, & delebuntur, maximè si secūdò factum fuerit.

ALIVD.

℞. Lixiuij q.s. est, ponatur in ollam aliquā mundam ad ignem, donec ferè bullire incipiant, deinde addantur:

Aluminis contriti
Tartari in puluerem redacti
Smegmatis albi, rasi sing. ℥. iij.
Fellis bubuli n°. ij.

cōmisceantur & coquantur ad consumptionem tertiæ vel quartæ partis, & fiat aqua, qua cum maculæ bis, aut ter lotæ, deinde siccatæ, denique aqua frigida ablutę fuerint, euanescent.

Ad delendas Maculas atramenti, uel uini, ex pannis linteis, uel è lana confectis.

℞. Succi mal. limoniorum, vel arantiorū, vel citriorum q.s. quo maculæ humectētur, & siccentur sæpius, deinde aqua frigida abluantur, & delebuntur. Quòd si ex atramento fuerint maculæ, sapone albo & aceto lauentur.

Ad Colorem delendis maculis imminutum pannis restituendum.

℞. Tartari in cinerem vsti ℥. j.
Aceti albi, fortis, mens. j.

misceantur & ad ignem ponantur tandiu, donec bullire incipiat, deinde ab igne auferatur, & fiat aqua, qua páni sensim & sæpius humectati, pristinum colorem recipient.

Aqua ad Maculas delendas, ex pannis quouis colore tinctis.

R. Fel bubuli n°.ij.
Aluminis
Aluminis ex vini fæcibus sing. ℈. ij.
Tartari albi ℥.iiij.
Caphuræ ℈. j.
Aquæ communis mens.ij.

conterenda conterantur, misceantur, & coquantur, donec spumare desinant, deinde addantur, aquæ vitæ ter distillatę ℥.iiij & seruetur ad vsum. Quòd si pannus fuerit purpureus, sumito panni frustum aliquod, eidem panno simile, in prædicta aqua madefactũ, quo maculæ bis vel ter fricentur optimè, deinde aqua communi abluantur. Si verò alterius coloris fuerit pannus, eiusdem quoque coloris frustum aliquod sumito, fiatque vt iam dictum est.

Ad Oleum aliúdue pingue ex pannis sine lotione, tollenda.

R. Ossa recta pedum veruecis, quot volueris, in figulina vel lateraria fornace comburãtur optimè, fiatq; puluis subtilissimus.

qui prius calfactus super maculas ponatur ad solem donec nigrescat, quod vbi fieri videris, illico abijcito, nouumque imponito: idque toties facito, quoad videris puluerem non iam nigrescere, atque sic maculæ absq; coloris detrimento delebuntur.

Ad Pilos sub axillis, sudoremq; extergendum, rarum.

R. Lithargirij in puluerem redacti, q.s. est ponatur sub axillis, vel sub alijs huiusmodi partibus, quæ sudare, maleq; olere solent, af fricando bene, & citò sudorem exiccabit, pi los breui tempore absterget & explicabit: bonumq; odorem conciliabit. Quòd si quis hoc puluere diu vtatur, sudorem illum suppresserit: neq; vlla in parte læserit, neque cutim, neq; subuculam maculis infecerit: atq; hoc medicamētū eo est admirabilius, quòd nemo existimaret in simplici puluere tantā esse virtutem.

Aqua, ad Dentes dealbandos.

R. Salis communis contriti lib.j.
Aluminis in pollinem redacti ℥. viij.
Salnitri triti ℥.s.
Saluiæ incisæ
Lentisci incisi sing.M.j.
Rubrorum è rubis, in sæpibus nascentibus scutellam dimidiam.

misceantur, & in cucurbita vitrea distillentur, quousq; omnis aqua emanarit. Aqua autem extracta, vas recipiens mutetur, ignisq; augeatur, donec pars subtilior validiorque exierit. Quòd si hâc priori addas, minus fortis reddetur: seruetur in vase vitreo, firmo. Quando autem vti voles, dentes prius cultelli mucrone à fæcibus, lapillisque circum hærentibus mundentur: deinde prædicta aqua cum lentisci stylo, vel alio aliquo fricentur benè, & subito eboris instar absq; aliqua læsione albi reddentur: ipsæq; gingiuæ corroborabuntur.

Aliud festiuum.

Sumito castaneę ericium, maturũ, eumq; siccato & in puluerẽ redigito: seminis item vrticæ tantundem, pariter in tenuissimum puluerem redactum misce. Hoc puluere siquis dentes perfricuerit, tantum sentiet in gingiuis ardorem, tantumq; humoris in ore redundabit, vt vix os possit claudere. Nihil tamen nocebit: ac modica rosarum aqua & candido saccharo, si os abluerit, ardor omnis cessabit.

Color Viridis, smaragdo similis.

R. Olei communis, lini, vel clari, lib.j.
Aluminis contriti lib.s.

misceantur & in olla ponatur ad ignem, donec alumen resoluatur, deinde addatur flo-

ris æris

ris æris in leuissimum puluerẽ contriti tantum, vt à prædicto oleo in olla tegatur: mox operculo superposito, auferatur ab igne, relinquaturq; sic per octo vel decẽ dies. Quo facto, rursus teratur optimè, addendo aliquantulum aquæ resinæ si fieri possit, & erit color pulcherrimus, ita, vt naturali smaragdo persimilis existat.

Ad Marmora, & alabastrum, cœruleo, uel uiolaceo colore inficienda.

R. Succi pastinacæ rubræ, liliorum cœruleorũ, aceti albi, sing. q. satis est. Quòd si prædicti succi in promptu non sint, eo tempore parentur, quo flores & radices haberi queãt, & seruẽtur ad vsum: vel si alterum desit, altero tantùm vtere, misceantur, & coquãtur aliquandiu, addendo in singulas libras succorum & aceti, aluminis cõtriti ℥. j. Quibus factis, marmora, vel alabastrum in prædicto succo ponantur, coquanturq; tandiu, donec probè fuerint infecta. Quòd si marmora prę magnitudine imponi nequeãt, calefiãt tantùm optimè eo in loco quo sita sũt, deindè succo ferueñti tingãtur, & erũt pulcherrima.

Rosæ uel flores Garyophyllorum, quomodò insigniantur.

R. Salis ammoniaci quantum satis esse videatur, teratur super marmore, cùm aceto,

& pauco ſaccharo, quod cádidum vocatur: & ad vſum ſeruetur. Quando autem vti voles, ſumito roſas, vel violas, quarum folia, ita cera applicato, vt prorſus plana conſpiciantur: deinde ſuper ea pingito quęcumque voles, prædicto liquore, & relinquantur ſic per horam vnam, vt ſiccescant. Quo facto, auri vel argenti folia ſuperaddito, & bombyce leuiter cõprimito, ſic quod affixum non erit, abſtergetur, & quæ picta volueris, expreſſa bellè cernentur.

Ad Picturas illuſtrandas.

R. Reſinæ craſſæ & albæ lib.j.
Gummi ℥.ij.
Terebinthinæ Venetæ ℥.j.
Olei lini ℥.ij.

Reſina primò ad igně liqueſcat, & coletur, deinde gummi in oleo communi ſinatur, donec molleſcat: quod cum fuerit percolatũ, miſceantur omnia ſimul, & coquantur igne perlento, miſcendo continuè, quouſq; ritè omnia fuerint permiſta, & ſeruetur ad vſum. Hac miſtura, ſi pictura aliqua munda, illinita fuerit, pulcherrima ſplendidaq; euadet.

Alia quæ citò ſicceſcit.

R. Olibani maſculi
Gummi iuniperi ſing. quantũ ſatis eſt, miſce, & fiat puluis tenuiſsimus, cui addatur, tere-

tur, terebinthinæ Venetæ, quantū satis esse videatur, & misceantur ad ignem bene, deinde coletur, & seruetur. Quum autem vti voles, prius calefiat mistura, deinde pictura leuiter illiniatur, & citò siccabitur, nitidaque euadet.

ALIA.

℞. Olei lini quantum volueris, distilletur in cucurbita, vitrea, donec omne exierit oleum, de quo sumito ℥.j. vernicis ambræ ℥.iij. misceantur ad ignem lentum probè, & fiat mistura, qua calida vtere ad omnis generis picturas, siue in ligno, siue in tela fuerint. Verum industria ac dexteritate opus est in vtendo.

Aqua ad tingendu quæuis Ossa, & ligna probatum.

℞. Aceti albi, fortissimi, ponatur in vase vitreo, cui addatur:

Limaturæ æris
Vitrioli Romani
Aluminis
Floris æris, sing. quantum satis est,

misceantur, & relinquantur sic per dies septem, deinde ad ignem bulliant in vase recipiente ossa, vel ligna, vel alia huiusmodi, addendo parum aluminis, & quo volueris colore tingentur.

Ad Maculas nigras pellibus albis inducendas, ut leopardi uel pantheræ referant pelles, ualet etiam ad capillos & barbam canam infuscandam.

R. Lithargyrij argenti ℥.j.
Calcis viuæ ℥.ij.
Aquæ mensuras tres,

misceantur, & ponantur ad ignem lentũ, donec calefiant tantùm, & non efferuescát, deinde ab igne auferantur, & misceantur, & fiat tinctura, qua pelles penicillo, setis suillis confecto, maculæ inspergantur. Quo facto, siccentur ad solem, deinde virga aliqua percutiantur, & erit factum. Quòd si maculę nõ probè conspiciantur, rursus eædem maculę tingantur, vt prius, & voti compos fies. Hic color perstat, ac pelles odoratas reddit. quòd si & capilli vel barba tingantur, venusti reddentur.

Lapidis conficiendi ratio, qui sputo madefactus, flammam edat.

R. Calcis viuæ
Salnitri purissimi
Tutiæ Alexandrinæ, non præparatæ,
Calamitæ, sing. partem j.
Sulphuris viui,
Caphuræ sing. part. ij.

redigantur in puluerem tenuissimũ omnia, cribrenturq́;, deinde puluis in panno linteo nouo, probè constringatur, atq; in crucibulo po-

lo ponatur, mox aliud crucibulum superaddatur, atq; filis ferreis, & luto sapientiæ optimè concludatur, ne vllo modo respirare possit, & ad solem siccetur. Quibus factis ponátur crucibula in fornace lateraria vel figulina, donec comburatur materia: quibus deinde ablatis, inuenies materiam lateritio colore, & perfectam. Quæ cum gutta aquę, vel sputo madefacta erit, statim sulphure adhibito, flammam edit, quæ flatu deinde extinguitur.

Liquor Aureus ad inauranda coria, argentum, & uitrum.

R. Olei lini lib. iij.

coquatur in olla vitreata ad ignem lentum, donec satis esse videatur, id quod iniecta gallinæ penna illicoq; exempta, facilè deprehēdi poterit. Nam si extracta, nudatur, satis coctum: si verò non, amplius coquendum erit. Verùm vt tutius & absq; vllo periculo coquatur, fornacula conficienda erit, ita, vt olla superposita, flammam cōcipere nequeat, atq; ipsum oleum accendere. Cocto itaque, quantum satis est, oleo,

R. Resinæ piceæ
Vernicis non liquidæ, sing. ℥. viij.
Aloes hepaticæ ℥. iiij.

redigantur in puluerem omnia, & prædicto oleo addantur, & continenter baculo mis-

ceantur, maximè igne iam aucto, & coquantur ad iulapij vsq; consistentiam. Quòd si liquor videretur clarior splendidiorq; quàm par est, addito aloes citrini ℥.j.s. vel ℥. ij. addẽdo minus sandarachæ, & sic paulo obscurior erit liquor, auroq; similior. Cum autem fuerit coctus, illico ab igne auferatur, ne flãmam cõcipiat (omnem enim consumeret) deinde sacculos binos acutos, quorum alterius acumen altero contineatur, habeto: in hoc subito liquorem infundito, vt antequàm frigefiat, subtiliter percoletur: & sic omnis inutilis materia in fundo hærebit. Hæc perdiu conseruatur, & quo vetustior, eò melior. Scito autẽ ab aloe aureum illum colorem prouenire. Cætera corpus efficiũt & inspissant. Quòd si densiorem voles, cum oleum ad certam mensuram inditum, coctũ fuerit, quantũ voles, eximito: deinde præscriptum ordinem sequere, quæ vbi perfecta fuerit, tres quatuorúe libras non excedet: quoniam minore pondere parari nequit. Artifices verò quadraginta vel sexaginta libras conficiunt simul & seruant à puluere immunem. Quòd si vitrum vel stannum inaurare voles, penicillo tingito, & sic vasa auro puro obducta videbuntur.

Materia ad Lapides formandos, quos Cameinos uocant.

R. Coclearum marinarum albarum optimè tritarum, quantum volueris, ponantur in ſucco malorum limoniorum, quinquies vel ſexies, per pannum è lana, quem filtrum vocát, colato, vt ad digitos tres vel quatuor emineat, & relinquatur ſic per dies decem, in vaſe probè cooperto. Quo facto, ſuccus ſenſim effundatur, & reſiduum in fundo, aqua fontana lauetur, deinde ſuper lapide porphyrite conteratur optimè, cum ouorū albis, prius diligenter cōtuſis. Quum autem materia vt voles, liquida fuerit, vt ad formas recipiendas apta eſſe videatur, ſumito typos concauos, eosq; dulcium amygdalarū oleo inungito, atq; in eos typos materiam efformato, haud ſecus, ac ſi cera eſſet. Verùm antequàm ex typis eximatur, typi ſunt diligēter componendi, illa præſertim parte, in qua imaguncula in plano collocatur: cultelli igitur acumine poſtquàm erit efformata, erit eximenda, inq; papyro ad ſolem ponenda, donec ſicca fuerit. Quum verò cryſtallo nigro, ſiue corneolæ alióue lapillo affigere voles, granum maſtichis ſumito, cultello aut ligneo ſtylo granum affigito, ad ignem admoueto: vbi verò lacrymá ſtillare videbis, ea ſic feruente imaguncula lapillo ad glutina-

tina.

tinabis. Verùm tum imagũculam tum lapillum ea parte, qua adglutinantur, calefacta esse oportet: nam frigida non rectè adglutinari possent. Quòd si dictam materiam aliquo colore tinctam esse volueris, postquàm è succo limoniorum exemeris, quemuis cũ oui albo colorẽ, simul terendo admiscere poteris, sed colores oportet esse tenuissimos: alioqui materia neq; solida esset, neque ad formas effingendas apta. Qui autem in hac materia, se exercere probè nouerit, res pulcherrimas conficiet, nõ modò in Cameinis alijsúe annulorum lapillis, verumetiam in omni alio imaguncularum genere, tam eminentium quam concauarum.

Modus conficiendi Margaritas, naturalibus similes.

R. Cretæ mundæ eius, qua vasa confici solent, formẽtur orbiculi perforati, magni vel parui, vt tibi videbitur, deinde siccentur ad solem, vel quod melius erit in fornace aliqua: quoniam sic duriores efficiuntur. Quo facto bolo Armeno, ex oui albo, leuiter admodum tingantur, deinde argenti folijs obducantur, vbi prius aqua maduerint, siccatę autem, dente leuigentur, & splendorem assument. Hoc facto sumito frustula membranæ candidæ, eaq; aqua tepenti lauato, donec aliquantulum aqua spissetur, deinde subtiliter

ter percolato: qua cum vti voles, tepida ſit oportet. His peractis ſingulos vniones acu, ſiue alio ſtylo tenuiſsimo per ſuum foramẽ figito, ſic tamẽ, ne foramen obturetur: mox in illa aqua, in qua membrana diſſoluta eſt, immergito, atq; illico extrahito, atq; in omnes partes verſato, vt glutinoſus ille liquor ęqualiter circa vnionem diffundatur. Quòd ſi non ſatis magnus videatur, immerſionem iterato, ſic candor ille argenteus, per huius liuorem tenuiſsimum, melius pellucebit, ita vt naturalis prorſus margarita eſſe videatur, Quòd ſi etiam cum naturali cõferantur, ſemper pulchriores conſpicientur: quoniam nitidiores rotundioresq; ſunt.

Oleum Talci, eiusq; uires.

R. Talci mundi minutatim conciſi lib. vj. quo cum olla noua, cruda, & non vitreata impleta fuerit, operculo & luto ſapientię cooperiatur, vinciaturque bene ferreis filis: deinde ſicca in figuli vel laterarij fornace ponatur, ſinaturq;, donec comburatur. Poſtea eximatur, & ſubitò materia (ne diutius aerem contingat) ſuper marmore conteratur in puluerẽ tenuiſsimum, mox in ſacculum in mucronem turbinatum immittito, ſuppoſito aliquo vaſe vitreo, quo oleum recipiatur. Quibus factis, in puteo per dies vigintiquinque ſaccus pendeat, ita vt neq; aquam

neque murum attingat, deinde cum oleum ſtillare inceperit, è puteo auferatur, atque in cellario alioûe humido loco, ab aere, vento, alijsq; impedimentis remoto, donec omnis inde liquor emanarit. Cæterùm hic liquor in cucurbita vitrea diſtillandus erit, primò quidem igne perlento, deinde paulatim aucto, donec omne oleũ diſtillauerit. Hoc oleum ab Alchimiſtis ignis Talcius, alter, nempe primus, terra appellatur. Sciendum eſt, illum primum totum eſſe medicinale, hoc verò ſecundum, Alchimiſtarum eſſe theſaurum. Equidem ſcio multos Alchimiæ peritos hunc conficiendi modum inquiſiſſe, verùm nunquam huiuſmodi modum humectandi inuenire potuiſſe. Cum enim materia huiuſmodi ſicca admodum aridaque ſit, magna humiditate opus habet. Itaque habitis his duobus, duo quoq; elementa ſeparatim habentur. His omnibus ſic ſe habentibus, vltimas fæces ſumito, atque in mortario conterito: deinde in aqua fontana coquito aliquandiu, pòſt, aquam percolato: qua ſi lotus fuerit, cutis corporis tui non ſolum candiſsima reddetur, verùm etiam omnis crurum tumor perſanabitur. Præterea manus pulcherrimas molliſsimasque facit, ſi ea quotidie lauentur. atq; hic eſt verus modus cõficiendi olei ex talco, quod plurimas virtutes obtinet. Hoc oleo Caroli Sabaudię

principis

principis vxor ad cutem albam, & odoratam reddendam vtebatur. Valet etiam ad omnis generis pustulas, serpiginem, varices, cicatrices, aliasque maculas, ita, vt breui tempore adimantur. Dentes albissimos reddit, rugas faciei aufert, eamque iuuenilem facit. Quòd si tres vel quatuor guttæ cũ vino vel iusculo aliquo bibantur, oris alitũ emendat, siquidem ventriculi ratione eueniat. Appetitum excitat, ventriculum, & matricem corroborat. Cæterùm hoc oleum ab Alchimistis sæpius expetitur ad congelandum mercurium, fixumque reddendum. Nam si mercurius repurgatus in hoc oleo immergatur, illicò congelascit, fixaturque ita, vt ad obrusam, quam copellam vocant, consistat.

Ad æris Metalla, colore argenteo tingenda.

R. Aquæ fortis ℥. j. in ea denarium optimi argenti, prius malleo attenuatum, deinde in partes minutas concisum inijcito, & ad ignẽ in vasculo idoneo, donec in aquá resoluatur argentũ ponito. Quo facto, auferatur ab igne, addaturq; tartari albi, cõtriti tantum, vt totam aquam imbibere queat, & fiat massa, qua cum opus aliquod æreum confricatum fuerit, album, & argento simile reddetur.

Modus efformandi omnis generis Frondes uirides, ut naturalibus similes habeantur.

Sumito frondes virides, quarum in præpostera parte, maiores venas, ligno aliquo contundito, mox sequenti colore tingito, qui huiusmodi est:

R. Olei cõmunis, vel lini, vel alterius rei, quæ fumum creat, quantum satis esse videatur, accendatur in lucerna olla superposita, vt totum fumum recipiat. Quod cum factũ fuerit, adhærens fumus diligẽter colligatur atque oleo, vel vernice liquida contempere tur, fiatq; tinctura, qua contusa pars frondis tingatur, cum panno linteo, vel bombyce, mox super chartam duplicem locetur pars tincta, comprimendo leuiter manu, vel pan no aliquo, quo charta tingi queat. Fronde mox dextrè sublata, chartam egregiè tinctá inuenies, ad minimam vsq; venulam, ita, vt prorsus naturali respondeat. Quòd si hanc viridi colore tingere voles:

R. Aceti acerrimi
Floris æris
Pastæ vesicæ sing. q. s. est,

coquantur, fiatq; color viridis, vt supra suo loco dictum est, qua charta formata tingatur, atq; hoc modo poteris efficere varia pulcherrima, quibus cubicula intrinsecus obduci posśint.

Ad ceram

Ad ceram rubro colore tingendam.

R. Ceræ lib.j.
Terebinthinæ ℥. iij. æstatis tempore,
vel ℥.iiij.tempore hyberno,
Cinnabaris, super lapidem pictorum
benè triti,
Olei communis,sing.℥.j.

Liquefiat cera & terebinthina ad ignem: demum remoueatur,& post aliqualem infrigidationem addatur oleum,& cinnabaris,benéque simul misceantur,& seruetur.Nõnulli loco cinnabaris ponũt Minij ℥.iij. pro qualibet libra ceræ.

Ad ceram uiridi colore tingendam.

R. Ceræ lib.j.
Floris æris triti
Olei communis,sing. ℥.j.

Liquescat cera ad ignem,& cum ferè refrixerit,addatur Flos,æris,& oleum , misceantur benè,& viridis fiet. Quod si hanc ceram tenacem facere voles,adde quantitatem terebinthinæ supra scriptam in cera rubra.

Ad ceram nigro colore tingendam.

R. Ceræ lib.j.liquescat ad ignem,cui deinde addatur terræ nigræ,olei cõmunis, sing. ℥.j.misceantur optimè donec frigescat cera. Quòd si glutinosam efficere voles, adde terrebinthinam,vt antea dictum.

Ad de-

Ad dealbandam ceram.

R. Ceræ quantum volueris,
Aquæ fontanæ part.ij.

miſceantur, & calefiant ad ignem, donec cera liqueſcat: deinde paululum permittatur quieſcere, donec tota cera natet ſuper faciẽ aquæ: poſtea accipe vas aliquod vitreatum, cuius pars exterior ſit lenis: & madefac eum in aqua frigida: deinde infundatur ferè medietas eius in cera liquefacta: & extrahe cũ cera, quæ ſibi adhæret, & permitte ceram illam infrigidare: deinde ſepara eam à vaſe: & tãtum hoc facias, quòd tota cera ab aqua fuerit extracta: deinde dictam ceram taliter formatam ſoli exponas, & rori in Maio: & illam ſæpè voluas: & tandiu permittatur, donec fiat alba, vt ceruſſa. Nonnulli tribus diebus ipſam dealbant, ſeruando prædictum modum, quando ſol in maiori calore eſt: & quia cera illa ſubtilis eſt, faciliterque à caliditate ſolis poſſet liquefieri, aſpergenda eſt aqua fontana bis in die.

Vitri fragmenta, ut ferruminanda.

Albumen oui conquaſſatum, calcique viuæ admiſtum vitri fragmenta ferruminat, ac teſtacea quæq; ita glutinat, vt diſſolui nequeant, propter lentorem ac tenacitatem glutinoſam.

Vitri

Vitri fragmenta, quomodo conglutinanda: & est secretum expertum.

R. Vernicem liquidam, crassam & inueteratam, cum qua fragmenta vitri conglutina. coniunge benè, & liga, ne quouis mỏdo disiungantur: deinde pone ad solem, vel fornacem per multos dies, donec optimè siccetur vernix: quæ demum circumhærens cultello dextrè abradatur: & erunt optimè glutinata, ita vt neq; liquore, neq; alia aliqua re, vnquam à glutine liberentur. Cauendum tamen, ne liquor calidus seu feruens infundatur.

Vestimenta ne tineæ tangant.

Amurcam decoquito ad dimidium, & ea vngito fundum arcæ, & extrinsecus pedes & angulos. Vbi ea adaruerit, vestimenta cõdito: & tineæ non nocebunt.

Ad Pulices perdendos.

Melanthium aqua maceratum, ac respersum, penitus pulices dispergit. Aut conyzæ coctæ decoctum irroratum. Disperdit eosdem similiter semẽ sinapis & rododaphnes, ambo feruefacta & in domo respersa.

Ad Pulices necandos, aliter.

Calcem viuam cribrato, & postquam locum verreris, inspergito indeq; necabũtur.

Remedium ad pulices.

R. Cymini ſylueſtris q.ſ.eſt,
Cucumeris ſylueſtris ʒ.x.

trita omnia, & in aquam demiſſa, indeq; domo reſperſa, pulices crepare faciunt.

Pulices ut in unum locum omnes congregentur.

Sub lecto paruulum ſcrobem facito, & in ipſum ſanguinem caprinum mittito, congregabit pulices iſthic, & ex alijs veſtibus ad ſe alliciet, euocabit, ac necabit.

ALITER.

Fictile vas defoſſum, ita vt labra æqualia pauimento habeat, & adipe taurino oblitũ, omnes pulices in ſeſe congregabit.

Pulices ex tapetibus euocare.

Ex amphimallis & denſiſsimis tapetibus, in quibus plurimi pulices delitéſcunt, eximi ac euocari poſſunt, ſi in vrna aut dolio ipſe ſanguis caprinus deponatur, vt ſupra dictum.

Ad pulices & cimices necandos.

Abſynthium, ruta, abrotanum, mentaſtrũ, ſaturegia, iuglandis folia, ſilix, pſeudonardus, quæ nobis lauendula dicitur, nigella, corpiandrum viride, pſyllium, anagyris: omnia vel aliqua culcitris ſupponantur : aut coquan-

coquãtur in aceto ſcyllitico, ac inde toralia conſpergantur.

Aliud ad pulices & cimices.

Decoctio tribulorum, aut perſicariæ, aut colocynthidis, aut rubi, aut foliorum cauliũ, ſparſa per domum, fugat eos.

Pulices omnes ut unum in locum conueniant.

Inunge paruum baculum ex pinguedine ericij, & planta eum in medio cubiculi, & omnes pulices baculo adhęrebunt.

Ad cimices.

Facias fumigium cum fimo bouino & fugabit cimices.

Ad cimices necandos probatum.

R. Abſynthij.
Rutæ
Olei communis
Aquæ, ſing. q.ſ.eſt. coquantur omnia benè, vſq; ad conſumptionem aquæ, deinde coletur oleũ, cui miſceatur axungiæ q.ſ.eſt, & fiat vnguentum, quo lecticarum iuncturæ inungantur.

Aliud ad cimices interficiendos, expertum.

R. Axungiæ porcinæ
Argenti viui, ſing. q.ſ.eſt,
miſceantur optimè, & fiat vnguentum, quo

lecticarum iuncturæ & rimæ inungantur.

Alium ad cimices interimendos, probatum.

R. Staphidis syluestris, acetabulum j.
Scyllæ in tenues partes sectæ, acetabulum. j.
Aceti acerrimi cochlearium j.
terantur omnia simul, deinde calefiant, & sic commissuræ illiniantur.

ALIVD.

R. Scyllæ in tenues partes sectę,
Aceti acerrimi, sing. q. s. est,
terantur, & inde lectus per spongiam illinatur.

ALIVD.

Fel tauri aut hirci acri aceto dilue, indeq; lectum ac parietes illine.

ALIVD.

R. Picis liquidæ
Succi cucumeris syluestri, sing. q. s. est, misceantur, quo lectorum iuncturæ inungantur.

ALIVD.

R. Sulphuris viui
Olei antiqui, sing. q. s. est, terantur simul benè, quo iuncturæ lectorum illinantur.

Cimi-

Cimices ne proficiſcentes contingant.

In profectionibus, ſi quis vas aqua frigida plenum ſub lectum poſuerit, eum cimices non contingent, dum dormit.

Ad curculiones perimendos expertum.

R. Salſuginis
Allij, ſing. q.ſ.eſt,
coquantur ſimul, & hac ſalſugine pauimẽta ac parietes irrigentur.

ALIVD.

R. Sagapeni
Amurcæ
Caſtorei
Sauinæ
Sulphuris
Cornu ceruini
Hederæ
Galbani, ſing. q.ſ.eſt,
ex quibus fiat ſuffitum

Frumento ne curculio noceat, neu mures tangant.

Lutum de amurca facito, palearum parum addito, ſinito vt marceſcant benè, & ſubigito, eo granarium totum oblinito craſſo luto, poſtea conſpergito amurca bene omne quod lutaueris. Vbi aruerit, eò frumentũ refrigeratum condito.

Ad expellendas formicas ex cauernis suis.

Expelles formicas ex cauernis suis, si cochlearum testas, cum styrace vsseris, & contusas in agmen ipsarum consperseris.

ALIVD.

R. Origani
Sulphuris, sing. q. s. est, terantur, & circum aceruos ipsarum adspergantur.

Ad formicas perimendas.

R. Succi cyrenaici quantum volueris, dissolue in oleo, & ipsis affunde.
Intereunt penitus formicæ, radice syluestris cucumeris suffumigata, aut Siluro maximè Alexandrino suffito ad lentum rogum.
Quòd si formicæ exurantur, reliquæ odore ipsarum diffugient.

Vt pisces omnigeni in unum locum congregentur.

R. Sanguinis bouini
Sanguinis caprini
Sanguinis ouini
Stercoris bouini tenuium intestinorũ,
Stercoris caprini, tenuium intestinorum,
Stercoris ouini, intestinorum tenuiũ,
Thymi
Origani
Pulegij

Thym-

Thymbræ
Sampſuci
Allij
Vini odorati fæcis, ſing. part.j.

Adipis aut medullæ eorundem animalium quantum ſatis videbitur. Omnia ſingulatim, aut ſimul contundito, & in maſſas redigito, easq; in locos ante horam inijcito, retibusq; eoſdem cingito.

Emplaſtrum ad contuſam ſeu percuſſam faciem, remouens inflationem, liuorem & malum colorem.

R. Rad. conſol. maioris, & minoris, ſing. lib.s.
Florum chamæmillæ
Florum meliloti, ſing. ʒ.ij.
Croci ʒ.s.
Farinæ fabarum ℥. iiij.
Farinæ fœnigræci ℥.j.s.
Butyri ℥.v.
Cymini
Abſynthij ſicci, ſing. ℥.j.

Coctis radicibus & cõtuſis, miſceantur omnia ſimul, coquantur & fiat emplaſtrum. Farina quoque lupinorum diſſoluit veſtigia percuſsionis & ſanguinem mortuum. Aloe cum melle, tollit liuorem ex percuſsione.

Oculi mulierum flaui, ut fiant nigri.

Teſtæ auellanarum ſubtiliſsimè tritæ &

impaſtatæ cum aqua, collyrizatæ, oculos denigrant.

ALIVD.

Flos ioſciami in vmbra ſiccatus terratur cum vino auſtero, & inungantur oculi.

ALIVD.

Succus mali granati dulcis exprimatur cum floribus & ſucco ioſciami, & ſtilletur in oculis, vel ſuccus ſolatri.

Ad pediculos Palpebrarum.

Palpebræ cum aqua maris, vel aqua ſalſa, aut ſulphurea fricentur, aut epithementur: aut ex aceto ſcyllitico cũ alumine & aloe, liniendo ex eis pilos palpebrarum.

Ad fœtum mortuum expellendum.

Fellis tauri quantitatem amygdalæ da cum vino in duobus cochlearijs, & ſtatim emittet.
Idem præſtat cẽtumnodia cum vino bibita.

Vt mulier citò pariat & ſine dolore, expertum.

R. Gallitrichi q.ſ. eſt, contundatur benè, & exprimatur ſuccus, de quo accipito poculum dimidium, & cum vino mulieri parturienti ad bibendũ dato. Mox herbam expreſſam calidam ſupra vmbilicum ligato.

Ad

Ad mingentes in lecto.

R. Succi foliorum cupreſsi,
Olei de ſeſamo, ſing. ℥. ij.

miſce & da in potu mane, & eundo dormitum, tribus diebus, & non comedat acetoſitatem, neq; olera, & valet propriè in mulieribus.

Ad ligatos & maleficiatos à mulieribus.

Pone de egeſtione ſeu alui excremento ipſius mulieris mane in ſotulari dextro maleficiati, & ſtatim cum ipſe ſentiet fœtorem, ſoluetur maleficium.

ALIVD.

In calamum, vel auellanam vacuam pone argentum viuum, obturando cum cera & ponatur ſub puluinari, ſeu ſub ceruicali maleficiatorum: vel ponatur ſub limine oſtij, per quod in domum vel camerá intrat, & ſoluetur maleficium.

ALIVD.

Ligatus vngat totum corpus ex felle coruino, & oleo ſeſamino.

ALIVD.

Suffumigium ex dente hominis mortui, ligatos ſoluit indubitanter.
Si vir ſecum portauerit, cor cornicis maſculi, & mulier cor cornicis fœminæ, benè conueniunt ſemper.

Ad rubiginem ferro adimendum.

Ferro rubiginem eueſtigio adimit, illiq́; ſplendorem conciliat Oleum Tartari, quod ipſum etiam lentigines emaculat in facie, omnesq́; puſtulas fœdas, quæ frontem mentumq́; deformant, abolet vi abſterſoria.

Fungi ut toto anno apti ſint ad ueſcendum.

Si fungos toto anno aptos ad comedendum habere deſideras, accipe cortices arboris populi, & eos minutim incide, & ſemina ſuper fimo, & naſcentur fungi.

Ad ebur emolliendum.

Si ebur molle ad omnem impreſsionem recipiendam vis facere, elixetur in aqua cũ radice mandragoræ ſex horis ad minus, & fiet molle ſicut cera.

Ad Plumbum liquefactum manibus tractandum.

Si ſucco maluæ, aut mercurialis manus oblinas inoffenſè citraque læſionem plumbum liquefactum tractare poteris, modò celeri motu id perficias.

Vt candela ardens ſub aqua deferatur.

Longum habeto vas, & capacitatis non incommodæ, ori lignum applicetur, quo ardens

dens candela insideat immobilis, & inuerso vase lumen fundum feriat, sic totum aquis penitus immergas, nec subintrabit aqua, cũ aere repleatur, & sub aquis ardebit multum, secundum vasis capacitatem.

Ignis mistura, quæ sub aqua ardeat.

Puluis primò paretur pyrius (vt dicunt) ad bellicas machinas, quibus ab ardẽti quasi bombo, nomen bombardum est inditum: hic mistiones horum subintrat omnes, vtpote basis & fundamentum: cui adijciatur tertia colophoniæ pars, communis oliuarum olei quarta, sexta autem sulphuris, ritè permisceãtur, ex omnibus resiccatis periculum sumunt, si valentius vritur, quàm quæritur, colophoniæ ex sulphuris, si remissius pulueris dicti plusculum suggeratur, horum mistura in stramentis, & linteis obuoluatur pannis, vel loculis ex ijs cõfectis, strictius quàm possit, inde funiculis, & ligaminibus obuolutã feruenti immergunt pici, & resiccari curant, ac denuo straminibus munientes, illinunt pice, vt eam ab aquæ humiditate tueatur, nec ignis vi disrumpi sinat, vbi autem ritè fuerint insolata, paruo foramine peruia ignem immitunt, & ardere incipiente, paulo morantur tempore, tum proijciunt in aquam, nec se ab ea extingui sinit, nunc fundum, nunc aquæ superficiem petens, & in ea

obuoluitur. Nec diſplicet, vt petroleum adiungant: rapaciſsimus enim ignis eſt, eoq́ue longe viſo diſsilire cogit, vt magnes ferrum, & comburitur.

Faces, quæ uentis non extinguantur.

Earum ellycnium ſalnitro ebulliunt & aqua, & exiccatum, ſulphure & ardenti madefaciunt aqua, inde candelas hac efficiunt miſtura: conſtat enim ſulphure, inde caphuræ, & terebinthinæ reſinæ medietate, colophoniæ duplo, ceræ autem triplo: quatuor efficiunt candelas, eas componunt ſimul, in medio autem viuum ſulphur inijciunt, & pertinacius omnibus reſiſtit. Si candelam aliquã niue circũtexeris, & incendes, in niue flamma ardere videbitur.

Lapis, ignem humido quouis excitans.

Magnetem lapidem in ollam, vel aliud cõſimile vas conijce, viua calce immerſum, meliusq́; fuerit, ſi colophoniam adieceris cum calce pari: cum vas expleueris figulari creta circumlito ſpiramento, fornaci inditur, donec percoquatur: inde detrahatur, & in nouam ollam conijciatur, creta denuo illita imponatur fornaci, alternis eadem proſequendo, dum vehemẽter inalbuerit & torrefiat: cum opus fuerit, aqua vel ſaliua ſuper infuſa, flammam eleuabit, qua ſopita loco calido ad

lido ad vsum recondito.

Alia faciendi ratio.

Si viui sulphuris, salnitri vocati repurgati pari pondere, caphuræ duplum, nouæ calci addantur, ac omnia mortario conterantur, vsq; adeò tenuia, vt in aures euolare possint, simul strictè linteolo deligata, conuoluãtur, testaceo vase clausa, superillita argilla, feruẽti desiccẽtur sole, figulorum imponatur fornaci, cumq; figulinum vas fuerit excoctum, in quo maxima est adhibenda diligentia, in lapidis duritiem coeunt, & redigũtur, extracta ad vsum ministrantur.

ALITER IDEM.

Sumatur magnetis lapidis prænarrata calx, salnitri sæpè purgati quadruplũ, æquali pondere caphura, viui sulphuris, ignem nondum experti, & terebinthinæ resinæ oleum, & vini fæces contritæ, quas tartarum vocamus: hæc omnia mola vel pila trita cribrentur, quæ infracta supersunt, denuo terantur cribrenturq;: insuper austeri vini ardentem aquam paratam habeas, eamq; infundas, vt supereminеat, vitreo vase cõdito & operculato, ne halitum expiret, fimo supponatur duobus vel tribus mensibus, denis vicissim diebus innouando, donec mellis crassamentum imitetur, nec vllum diuisionis iudicium præbeat, flagranti inde carbo-

ni inferuescat, dum humiditas omnis euolet, & penitus siccata in lapidé coeat. Si hoc cognoueris, vas frange, & exemptam iterũ terito compositionem, aqua vel humore ali quo leuiter superiufuso flamma erigetur, & inter omnes principem hæc sibi vendicat locum

Ignea mistura, quam sol accendere potest.

Caphura paretur, inde viui sulphuris, terebinthinæ resinæ, iuniperi, & vitellorum ouorum oleum, pix liquida, colophonia in puluerem redacta, salnitrum, & omnium duplum ardentis aquæ arsenici, & tartari pusillum. hæc omnia bene tusa, & remista, vitreo condas vase: quod per duos menses obrutũ immorari oportet, fimum semper innouando, & remiscendo eodemque eliciatur aqua vase, hæc inspissetur, vel nostro puluere, vel stercore columbaceo, & tenuiter cribrato, vt strigmenti formam habeat: ligna dilinito, vel aliqua combustibilia, & ęstiuis Sole vtitor diebus. Hoc tantùm in illis regionibus euenit, vbi sol flagrat, vel sub Caniculę ortũ.

Ad curuitatem in senio.

Prohibet fieri curuitatem in senio, vngere spinam dorsi ex oleo amygdalino, abluto. Contracti ex siccitate balneentur in brodio carnis asini.

Muscæ

Muſcæ, ut in unum locum congregentur.

Si muſcas in vnum locum congregare velis, ſcrobem facito, & rododaphnas contuſas in ipſum mittito, iſthicq́; vniuerſas congregabis.

Ad culices perdendos.

Si canabis humidæ ramum florētem iuxta te pones dormiturus, culices te non contingent.

Contra clauos.

Hermodactylus ac Semina, in puluerem redacta, atq; oxymeliti ſcilliticæ, vel ſucco calendulæ commiſta, clauos calloſq; abolent etiam in partibus pudendis, quum à fœdo concubitu contracti ſunt.

Contra uerrucas, experimentum bonum.

Pone pedes gallinæ ſub prunis calidis, donec excorientur, & cum corio ſeparato ab oſsibus frica verrucas ter aut quater calidè, & delebuntur.

Idem facit Auripigmentū linitum cū aceto.

ALIVD.

Thitimalli, cuius ſeptem numerātur differentiæ, ſuccus lacteus verrucas delet vi adurēti & cauſtica. Siquidem ob intenſam caliditatem ac vim penetrantem, radicem

arescere facit: quo facto mox vt scabra quædam crusta decidunt.

Ad mures perimendos.

R. Limaturæ ferri
Fermenti, sing. q. s. est,
misceantur & fiat pasta, qua deposita, vbi abundant, & gustata, morientur.

A L I V D.

Pone cinerem quercinum cauernæ, & incinerati scabie infestabuntur & morientur.

Vt mures excæcentur.

Thitimallum contusam, & cum polenta ac vino mulso mistá, ipsis appone: vbi enim ederint, excæcabuntur.

Narium fœtor quomodo auferendus.

R. Xyloales crudi,
Rosarum
Garyophyllorum, sing. ℥.ij.
Spicæ
Calami aromatici
Myrrhæ
Calamenthi, sing. ʒ.j.
confice cum bono vino antiquo aromatico, addendo moschi grana vj. fac pilulas quantitate ciceris, & dissoluatur vna pro vicæ cum oleo nardino, & stilletur in nares, aut impo-
natur

natur cum tenta, facta prius collutione cum vino odorifero.

Ad Dissenterias.

R. Coaguli leporis
Sanguinis leporini, sing. q. s. est, misce & da patienti. Omnia enim alui profluuia compescit.

Aliud expertum.

Ossa humana trita, & ex vino rubro exhibita, fluxum sanguinolentũ cohibent, astrictoria ratione, ac vi exiccante.

Contra morbum comitialem expertum.

Alcis vngula gestata in collo, vel manu, præsentaneæ vi pollet aduersus morbũ comitialem.

Remedium ad ficus ani.

R. Stercoris gallinæ
Sapponis Gallici
Sumitatum tassi barbassi, sing. q. s. est, contundantur simul, & applicentur.

ALIVD.

R. Capilli veneris
Cæpæ aristol. rotundæ sing. q. s. est, contundantur & applicentur.

Ad caluitiem.

R. Radicum celsi excorticatorum, q. ſ. eſt, combure & coque cum oleo roſaceo, & vnge.

Vt gallinæ magna oua pariant.

Si cupias, vt gallinæ magna tibi pariant oua, rubricâ diſſolutâ cibo earum admiſceto, & maiora oua gignent.

Item magna oua parient tibi gallinæ, ſi teſtã laconicam tuſam furfuribus & vino admiſcueris, & ſubacta gallinis obieceris.

A L I V D.

Teſtæ tuſæ acetabulum vnum ad duas furfuris chœnices admiſceto, & in cibum proponito.

Oua ne comedant gallinæ.

Oui candidum euacuetur, ad vitellum autem, hoc eſt croceum oui, gypſum liquidum infundatur, vt in teſtæ duritiem tranſeat. Etenim vbi à guloſitate ſtimmulabuntur, & nihil amplius reperient, cito abſtinebunt ab ouorum vaſtatione.

Ouum, ut hominis caput magnitudine ſuperet.

Decem vel plura boleta, & albumina inuicem ſeparabis, boleta leuiter commiſceto, & in veſicam immittito, rotundamq́; ligando imitaberis figuram, in ollam aquæ plenam

plenam immittas, & cum bullis intumescere cernis, vel cum duritiem, traxerint, exime, & albumina addito accomodando, vt in medio insideant, & iterum coqui sinas, sic corticibus enudatum habebis, quas sic effinges: Ouorum cortices albas & elotas conteres, vt in tenuissimum puluisculum volent, forti aceto, vel distillato emacerari sinito, dum mollescant: nam si ouū in aceto diutius fuerit appositum, cortex eius dissoluitur, & tenerescit, vt facilè per strictum os phialę possit immitti: vbi fuerit intromissum clara aqua in pristinam redit duritiem, vt demirari contingat. Cortices cum vnguenti formā præ se tulerint dissolutæ, penicillo aliquo super excoctum ouum corticem inducas, & clara durescit aqua. tunc verum & naturale habebis ouum.

Vt oua inscripta facias.

Gallas & alumen cum aceto terito, donec atramenti spissitudinem habeant, & ex hoc quicquid libuerit ouo inscribito, & postquam scriptura in sole fuerit exiccata, ouum in muriam acrem demittito, & resiccatum coquito ac decorticato, & reperies inscriptionem. Si verò cera intexeris ouum, & stylo inscripseris, donec testa apparuerit literas exarando, deinde permiseris aceto macerari per noctem, & sequenti die ceram abstule-

ris, reperies literarum figuram de aceto con ſpicuam, & tranſparentem redditam.

Ouorum excubatio citra gallinam.

Columbarum vel gallinarum ſtercore tu ſo, atq; in cerniculo ſubtiliter ſuccreto, obru antur oua, non irrita tamen, ne ſimul collidantur, ſubſtratis eorum pennis, & circumpoſitis cubilia extruantur: turbunatior ouo rum pars ſurſum vergat, & vicenis quaternisq; horis, alternis vicibus innouato circũ uoluendo, vt æquabiliter cócalefiant, ſic effœtæ efficere ſunt ſolitæ, & loco calido & tepente ſeruentur: vbi bis deni dies elapſi, & completi fœtus, & pulli roſtrellis oua percu tere inceperint, aſculta num pipiant, ſæpe enim propter eorum putaminum craſsitudi nem erumpere nequeunt, vel rimis fatiſcũt: teſtas tollito, & gallinam inducito.

ALITER.

Oua tepido demergas fimo, ſenisq; diebus recens ſubijcito, ne ſeneſcat, ſed tempo re ſuo foueat, & gallinæ calorem imitetur, vertendo ſemper, donec excludant, qui quę runtur pulli.

Gallinæ ut pingueſcant.

Pingueſcunt maximè gallinæ & graſsiſsi

mæ

mæ fiunt, in domo tenebricosa & calida, nutritæ, pennis præpetibus, quas Græci ocyptera vocant, euulsis, oblatoq; cibo farinæ hordeaceæ aqua subactæ. Nonnulli hordeacea & loliacea farina vtũtur. Aut hordei, aut seminis lini cruda farina. Quidam etiã polentam admiscent: aliqui his & vinum affundunt. Quidam panem frumentaceum bonum madefactum præbent. Plurimi milio enutriunt.

Ouum ut in aere ascendat.

In maio mense oui corticem vacuum rore impleto, Soliq; in meridie opponito, & ab eo eleuabitur: & si difficilis aliquãdo fuerit ascensus, baculi, vel tabulæ adminiculo, dum ascendere incipiat facilius eleuabitur.

Caro annosa & peruetusta, ut citius elixeter, ac tenerescat.

Hippolapathon, à nõnullis Patientia dicta (est autem olus culmosum, folijs amplis, ac prælõgis, caule vbi maturuerit, rubicũdo, radice flauescenti) coquatur vnà cum carnibus atq; edulijs, & tenerescent, esuique apta reddentur.

Anser uiuus excoctus.

Anas, vel anser, vel aliud viuacius animal,

ſed in hoc anſer omnibus anteſtat, ſit toto corpore implumis, capite colloq́; relicto, ſit hinc inde obuallatus igne, & circumſeptus: non arctè, ne ſuffocetur fumo, néue igne torreatur citius: non largè, ne impunis euadat: intus paſsim pocilla, & ollulas aquæ plenas, cui ſal & mel adijcias, ibique lances elixatis malis ſint plenę, & teſſellatim diſco conciſis, ipſe totus liquamine obductus & laridatus, vt eſculentior ſit, & facilius decoquatur, ignem admoue. Feſtinare nolito, vbi calore efferuere cœperit, circum ambulando & fugiendo præſepit ignis & iter includit, ſic improbus aquam abſorbendo compeſcitur, cor, cæteraq́; membra refrigerando, medicamenti vi laxat aluum, abſtergit & exinanitur: & vbi inferbuerit, interiora decoquet, ſpongia continuo cerebrum, & cor humectato: vbi verò inſania ferri & ceſpitare conſpexeris, deficit cordi humidum, remoue, conuiuis appone, euulſis ſemper partibus vociferátẽ, vt ferè prius commeſſatus quàm mortuus videatur.

Vt pauo coctus uiuus uideri Poßit.

Necatur pauo, aut penna supernè in cerebrum demiſſa, aut iugulatur, vt hæduli ſolent, quò ſanguis exeat. A gutture deinde vſq; ad caudã pellis leniter ſcinditur, ſciſſaq́; cum proprijs pennis à toto corpore ad caput

put trahitur, quo abſciſſo cum pelle reſeruato, cruribusq́;, pauonem ipſum aromatibus ac odoriferis herbis refertum veru aſſabis, infixis tamen prius per pectus garyophyllis, inuolutoq́; collo lineo albo, continuè aqua humectato, nè omnino deſiccetur. Coctum pauoné ex veru exemptum, propria, pelle integes, & vt pedibus ſtare videatur, virgulas ferreas infixas tubulæ ad hoc fabre factas per crura ne cernantur, per corpus ad caput & caudam adiges. Sunt qui ad ludum & riſum, caphuram cum lana ori indant, ignemq́;, vbi ad menſam fertur, inijciant. Inaurare etiam pauonem aſſum & aromatibus conſperſum bracteis aureis licet ad voluptatem & magnificentiam. Idem etiam fieri de Phaſianis, gruibus, anſeribus, capis, ac cæteris auibus poteſt.

Vt piſces charta frigantur

Ex charta ſimplici frixorium vas efformato, ibi oleum & piſces ardẽtibus prunis, quibus flammæ deſint, imponantur, & citius, & commodius expediet. Nec ſuperpondij modò addere pigeat, quod fortaſsè ſciſſe non obfuerit.

Atramentum nè frigore conſtringatur.

Atramento ſcriptorio guttas aliquot aquæ vitæ admiſceto, & nunquam conſtringetur.

Vt dissecta caro iterum coalescat.

Symphiti radices, quæ foris nigræ sunt, intus candidæ & glutinosæ, vnà cum concisis carnibus ipsis coquantur, & celerrimè cõiungentur, vt incisuræ non videantur.

Iter facientes, ut non fatigentur.

Iter facientes, si secum portant artemisiá, ex itinere non fatigantur: & ipsa artemisia contusa cum axungia & applicata tollit dolorem pedum ex fatigatione itineris.

Vnguentum optimum præseruans iter facientes à frigore.

℞. Pyrethri
Piperis, sing. ʒ.ij.
Euphorbij ʒ.j.
Moschi
Ambræ, sing. gr. iij.
Olei liliorum
Olei de euphorbio
Ceræ, sing. q. s. est,

fiat vnguentum secundum artem, quo calidè vngantur extremitates, prius fortiter fricatę. Confert etiá tenere in ore tria aut quatuor grana piperis, aut garyophyllorum, vel cinnamomum, vel aliquid simile.

Vt nauigantes æquor non patiantur nauseam.

Absynthium & pulegium tere cum oleo

& aceto

& aceto, & nares interius frequenter frica. Idem facit ſemen apij, cum bibitum fuerit: prohibet enim nauſeam ne commoueatur, & ſedabit eam cùm cõmouebitur, & abſynthium ſimiliter faciet.

Contra peſtem antidotum.

R. Nucum
Ficuum, ſing. n°. ij.
Rutæ folia viginti
Salis grana aliquot

quæ trita ſi quis ieiunus ſumpſerit, eo die à venenis morbisq; contagioſis futurus eſt immunis.

Vuæ ut ad uer uſq; reſeruentur in uite.

Circa ipſam vitem, quæ fructu plena eſt, loco vmbroſo ſcrobem fodies, altitudine trium pedum, latitudine duorum, & mittes ſabulonem, & ibi calamos figes, in quibus retorques aſsidue ſarmenta fructibus plena & illæſis botryonibus alligabis, vt ſolum nõ contingant, & cooperies, vt imber eò penetrare non poſsit.

Veſpa, ut non pungaris.

R. Succi ſylueſtris maluæ
Olei, ſing. q. ſ. eſſe videatur. miſceantur benè, & fiat linimentum, quo ſi quis illinatur, à veſpis nõ pungetur, ſed & qui punctus iam eſt, à ſucco opem ſentit.

Literæ, ut confestim loco quouis emergentes nigræ & coloratæ fiant.

Aceto vel vrina, clanculum in manibus, vel alibi literas exarabis, cum exiccatæ fuerint, nec vestigia apparent, & vis elucescat, fuligine, vel colore, quem vbertim infectoriæ dant officinæ, extricato, & nigricabunt valdè. Si easdē albas quæsieris, charta, ficulneo lacte delineato, exiccatas carbonis polline insperso confricato, & detergito.

Literæ, ut aqua, uisibiles reddantur.

Cum aqua in qua alumen dissolutum sit, scribito, cumq; lectioni accedis, aquę immergendo, latè euadent visibiles & elegantes.

Literæ, ut penitus abstergantur.

Calcanthi & salnitri aqua calamo supra literas delineato. Vel è sale alchali & sulphure, paruis conglobatis orbiculis perfrica, sic erodet, vt nec vestigium remaneat.

Oleum turbidum ut sedetur.

Oleum in vas ampli oris infusum in solem calidum pones, & vbi ebullierit, salem tenuem torrefactum insperges, & postquam constiterit, aliò transfundens.

Sordidum oleum, ut pellucidum fiat.

Oleæ corticem & ramulos, & salem omnia

nia contusa, & linteo illigata, in vas oleum continens, suspendes.

Vt astantes sine capitibus uideantur.

Auripigmentũ subtilissimè tritum noua olla ex oleo sinas ebullire, nec ab re fuerit, si sulphur immisceas, operculo ollę imposito, ne croceus euolet vapor, id noua incendes lucerna, & astantes sine capitibus, & manibus videbuntur, oculos digitis comprimendo dum candela accenditur, idq; paulisper videbis, vt fieri poterit.

Domus ut argentea & luminosa uideatur.

Nigris lacertis abscinde caudas, & stilla è fractura emanans lucida excipiatur, è multis tamen plures adunabis, & papyraceum licum vel sparteum inficies, & si poteris oleo permisceto, sic argenteo colore omne videbis perfusum.

Domicilium ut uuarum plenum uideatur.

Cùm deflorescere iam incipiet vua, vas puro plenum oleo accommodetur infrà, cui racemum cum frondibus immergas, firmetur, ne hinc inde conuellat ventus, feriat illud sol, operculum gypsato & pelliculato, relicto tamen foramine quò petiolus intromittatur, ita immorari sinito: vbi perfectam receperit vua maturitatem, linteo exprimitur, expressusq; humor seruatur in oleo soli diebus paucis, lucernis demum accensum,

omnia vuis cernes plena, frondibus & arboribus circũuallari videberis, vbi fortaſſe arbores prorſus carent frondibus.

Cubiculum ut uiride uideri poßit.

Sit viridis lampas, vitrea, & pellucida, vt pertranſeuntes radij medij colore inficiantur, & (quod in hoc plurimum conducit) oleo, vel omni quo viuit humido, immiſcea tur ærugo, vnà ritè terantur, vt humor fiat viridis, lichnus ex linteo coloris eiuſden, vel è goſsipio paretur vncto, lampade in lla peruratur, oppoſitum feriens lumen, virde omne, & intuentium vultus oſtentat.

Cubiculum aliaque omnia, ut nigra uideantur.

Atramentum immiſce oleo, fuligirem vel ſimile: melius autem è ſepijs immiſum atramentum: nam lucernis admotum, ſi accẽditur, atra lucet flamma. Sic Anaxilaus ex atramento ſepiæ aſtantes æthiopes reddebat & nigros.

Ad combuſtionem aquæ calidæ.

Subitò antequam veſicetur locus, applicetur pannus infuſus in aqua roſacea, cum ſandalis & caphura miſta, non permittendo exiccare, ſed qualibet hora iterando: aut applicetur pannus infuſus cum aqua frigida.

Contra morſum canis rabidi optimum.

R. Cineris cãcrorum flauuialium part. x.
Gentianæ part. vij.

Thuris

Thuris part.j.
redigantur in puluerem, & cribellentur diligenter. Dosis eius est cochlearium vnum, aut duo, aut tria, spargendo super eum aquã frigidam.

Corpori infixa ut extrahenda.

R. Rad. enulæ
Aristolochiæ, Rad. cannæ
Axungiæ,
Mellis, sing. q.s. est,
terantur omnia simul, & fiat emplastrum, & apponatur, & statim sagittam, spinã, vel huiusmodi alia extrahet.

Vt mensibus æstiuis uinum in congijs non cito uapescat, aut calore perfundatur, sed inter propinandum frigescat.

In labro aqua gelidá oppleto collocentur vrcei, aut capaciora pocula, deinde Salnitrum insternatur: tanta frigiditate vinum imbui continget, vt eam vix dentes tolerarent.

Medicamentum solenne partum facilitans.

R. Myrrhæ
Castorei
Styracis, sing. ʒ.j.s.
Sabinæ
Cinnamomi, sing. ℈.ij.
trita & cribellata, cõficiantur cum melle despumato, dentur ʒ.iij. cum vino

Vnguentum bonum ad ſcabiem & pruritum.

R. Terebinthinæ abietis.
Butyri recentis, ſing, ℥.iij.

lauentur ſeorſim cum aqua fumiterræ: deinde miſceantur, addendo ſalis communis ſubtiliſsimè triti ʒ.vj. liquefiant ſimul in dupli ci vaſe, ponendo vas, in quo ſunt hæc in vaſe pleno aqua calida, & poſt liquefactionem ac refrigerationem, adde vitellum vnius oui, Mercurij extincti ʒ. ij. & ex eo iungatur calidè, eundo dormitum.

Supercilia piloſa ut depilanda.

Origanum combure, tere & appone, prius pilis, facientibus deformitatẽ, auulſis, & ſuperfluis.

ALIVD.

Lacertam viridem coque in oleo, & vnge, vt ſupra. Aut laureolæ radicem miſce cum ſanguine ranæ, vnge euulſis pilis, vt ſupra.

Vnguentum bonum ad uermes.

R. Succi abſynthij
Succi abrotani
Succi perſicariæ
Fellis tauri, ſing. part. j.

contundantur cum modico axungiæ, & ſuper vmblicum applicentur.

R. The-

ALIVD.

R. Theriacæ optimæ ℥.s.
Myrrhæ
Aloes
Dictamni
Gentianæ
Absynthij
Tormentillæ, sing. ʒ.s.

pulverizata conficiantur cum felle vaccino, & aceto, & applicetur super stomachum & ventrem.

Ad umbilicum tumescentem & erumpentem, seu emanantem.

R. Aluminis scissilis seu plumę ʒ.v.
Tartari ʒ.viij.
Rosarum siccarum ʒ.x.
Gallarum immaturarum ʒ.ij.

terantur cum vino, donec fiant ad modum mellis, & liniatur vmbilicus cum eis, & superligetur spógia in aceto infusa & expressa.

ALIVD.

Comburantur lupini, & petiæ telæ lini, & cum vino stiptico dissoluta, stupa apposita, superligetur diligenter.

ALIVD.

Resoluatur limatura plumbi in succo hypocistidis, & superliniatur, vt supra.

Vngues scabræ ut cadant.

Serapinum & puluerem auripigmenti

cum oleo misce, & pone super vnguem, sine dubio cadet. Passulæ cum oppopanaco con tusæ, scabras vngues eradicant. Atriplex sine iniuria vlceris, vnguem scabrosum detrahit.

Gutturi spinæ & alia infixa ut extrahi poßint.

Gargarizet oleum cum aqua salsa, & detur succus centrigalli ad bibendum: vel exhibeatur acetum cum thymo, & post hæc gargarizet aquá calidam. Quòd si hæc non conferant, frustum carnis vaccinæ elixatæ liga cum filo forti, & deglutiat patiens, tenẽdo aliam extremitatem fili in manu, & cum deglutierit carnem, trahe filum subtili extractione, & cum eo extrahetur, quod est infixũ gutturi, siue sit spina, aut aliquid simile.

Ad festucas, ac puluisculos aliaquè oculis infesta, quæ foris incidunt, ut eximenda.

Orminum, cẽtrumgalli officinis dicitur, cuius semen festucas, ac puluisculos aliaque oculis infesta eximit vi attractoria. Siquidem illud oculo admotum per ambitum illius quaquauersum voluitur, absumptoque humore, ac discussa caligine, turgidum egreditur, ac velut tenui membrana obductum. Ipsa vero herba contrita aculeos spinasq; extrahit.

FINIS LIBRI SEPTIMI.

D. AL

D. ALEXII PEDE-
MONTANI DE SE-
CRETIS.
LIBER OCTAVVS.

IOAN. IACOBO VVECHE-
ro Medico Authore.

Vinum album ut nigrum fiat, & uicißim nigrum album.

R. Salis sordidi ℥. viij. ponantur in decē heminas vini nigri, & misceantur. Idē cōtinget, si vitis albæ domesticæ sarmēta comburantur in cinerem, & in vas per dies quadraginta ponantur, commoto probè vino, & album erit. Contrà verò album reddetur, nigrum, cinere sarmentorum nigrorum in ipsum coniecto.

Vino sapores & odores diuersos quomodo concilies.

Herbæ, semina, aut aromata quæ vis, infundantur in aquam ardentem per horas vigintiquatuor, sic vis illorum extrahetur. Tum aquæ sic imbutæ modicū vino bibendo miscebitur.

Vinum nigrum quì album fiat.

Lomentum ex faba factum, vel ouorum

trium alborem in lagenam mittas & diutissimè agitabis. Sal si adieceris candidum, & cinerem vitis albæ, idem faciunt. Idem continget, si serum lactis vino infuderis.

Vt uinum palato arrideat, atq; odore & colore gratum sit.

Malum medicum, seu malum critrium garyophyllis vndiq; stipatum cado inseras ita, ne vinũ attingat: nullum nec vapidum, nec mucidum saporem contrahet.

Vinum nouum turbidum, ut citò fiat clarum.

Rasuræ latæ, subtiles, lenes nemoris fagi, quæ fiunt cum ascia, seu cum instrumento applanante lignorum inæqualitatem, ponãtur in vase, & duobus diebus clarescit.

Vinum odoratum & dulce, ut fiat.

Baccas myrti paucas, maturas, collectas siccato & tundito, & in cacabum Chœnicem appellatum indito, sinitoq; in dies decem, deinde aperito, & vtitor. Si verò vinũ Thymiamatis, aut mali, aut alicuius alterius materiæ odorem habere velis, vnũ aliquod ex relatis immitte ante infusionem vini, & alligatum sinito, donec incorruptum & odorem non peruertens maneat: deinde iniectum aufer, & vinum infunde, & operto, postea vtere.

Vinum

Vinum ut dulce fiat.

Vuas legito, in sole per triduum expandito, quarto die meridiano tempore calidas vuas proculcato, mustum lixiuum (hoc est, antequàm prælo pressum sit, quod in lacum musti fluxerit) tollito, cùm deferbuerit, in sextarios quinquaginta irim benè pinsatam nec plus vnciæ pondere addito, vinum à fæcibus eliquatum diffundito: hoc vinum erit suaue, firmum, corpori salubre.

A musto ut uinum dulce fiat.

Si dulce velis facere calcatum iam ac expressum vinum, postquàm in dolijs conditum fuerit mustum, dolia per triduum deoperta relinquito, atque ita deinde opercula obdito osculis doliorum non valdè congruentia, sed paululum superpendentia, virgis quibusdam aut harundinibus in medio interpositis. Cæterùm post quintum diem opercula exactè abdenda sunt, cinere aqua subacto illita, paruis foraminibus relictis, quæ & ipsa post septimum diem oblinantur. Si verò dulcius adhuc esse velis, ad dies quinque dolia deoperta sinito, & post quintum diem opercula addito, quemadmodum est prædictum.

Vt mustum semper Dulce tanquam recens permaneat.

Vinacea antequam de lacu prælo subijciantur quàm recentissimũ addito mustum in vas nouum, idq; oblinito & impicato diligenter, ne quicquam aquæ introire possit: tunc in piscinam frigidæ & dulcis aquæ totum vas mergito, ita, nequa pars extet, deinde post dies quadraginta eximito, sic vsque in annum dulce permanebit.

Vites, ut uinum dulce reddant.

Sarmentum ferens botros, triginta diebus ante vindemiã intorqueatur, omniaq; folia auferantur, quo illabens Sol humorem consumat, & vinum dulce faciat, vt nos per cocturam.

Vinum uersatum quomodo clarificandum.

R. Aluminis rosæ, clari & triti lib. s.
Sacchari rosati lib. s.
Mellis despumati, & rursus refrigerati, vel non despumati lib. viij.
Vini craterem j.

misceantur, & ponantur in carario vase, optimè concussa pertica agitẽtur, & vas disclausum vsq; ad diem dimittatur sequentem, & in secunda die vel tertia clarum erit.

Ad vinum

Ad uinum fœculentum & turbidum clarificandum.

℞. Nucleos pini ſecundum proportionẽ, & pone in vaſe

Vinum ne conturbetur, aut putreſcat.

Decimam partem aquæ ardentis miſceatur vino, & nunquam conturbabitur. Idem poteſt ſulphur, ſed odore prodit dolum.

Vinum ut ſplendidum fiat.

Tria ouorum albumina in vas coniecta, vt ſpumeſcant conturbato, adijcitoq; ſalem album, & vini partem, atq; emollito donec quàm albiſsima euadant, deinde vino vas impleto, & in dolium ſic diffundito, ac reponito.

Vt neq; tonitrua neq; fulgura peruertant uina.

Ferri lamina cum ſale, aut ſilicibus doliorũ operculis impoſita noxã à fulgure & tonitru detrahunt.

Confectio mirabilis ad uinum ſeruandum.

℞. Croci ℥.iiij.
Incenſi maſculi ℥.iij.
Folij M.j.

redigantur in puluerem omnia, miſceantur; & in quamlibet amphoram vini coclearia duo ponantur, cum vinum non bulliat ſed ſubſiſtat.

ALIA.

R. Cardamomi
Ireos Ilyricæ
Cinnamomi
Spicæ nardi,
Melliloti
Xylobalſami
Squinanthi
Coſti
Spicæ celticæ, ſing. part. j.

terantur, miſceantur, & vino immittantur.

Vinum ut delectabile ad bibendum fiat.

Exprimantur vuæ, & vinum ad ignem bulliat & deſpumetur, & in vaſe ponatur: deinde accipe viginti garyophyllos pro quolibet corbe, & in filo vel pecia poſitos in os vaſis mitte, & eſt certum.

Vinum ne corrumpatur.

Gentianæ radices pinguiſsimæ vino infuſæ, nec ipſæ corrumpuntur, nec vinum corrumpi ſinunt.

Vinum corruptum, ut ad ſtatum priſtinum reducatur.

Orificium vaſis ſuperius aperiatur, & exhalabit aer & vapor immundus, aut de ipſo vino tanta quantitas ad ignem bulliat, vt totum quod eſt in vaſe poſsit calefieri: & illud bulliens ponatur in vas, & orificium vaſis obtu-

retur fortiter: aut cortices amygdalarum duri quaſati in vaſe ponantur.

Vinum corruptum quomodo reſtaurandum.

Vinum corruptum ac glutinoſum lacte bubulo modicè ſalito reſtauratur.

Vinum ne acetum fiat.

Cinis de vite alba ponatur in vino, & nõ fiet acetum. Vel oleum oliuæ ponatur in vaſe tantùm, quod ſuperficiem vini operiat, & optimè ab acetoſitate defendetur. Vel ſi vas non eſt plenum, & de acetoſitate timetur, accipiatur fruſtum lardi optimi lib.j.s. aut pro dolij amplitudine maiorẽ, & in alba & ſubtili pecia lini ligetur, & ab vno capite ligato funiculo per vendonem immittatur, vinũ nec degenerabit, nec vapeſcet.

Vinum incipiens aceſcere quomodo curetur.

Ollam nouam aquæ plenam, & optimè obturatam, infra in dolium immittito deinde occluſo dolio, modica tamen reſpiratione relicta, vinum poſt triduum ſanatum reperies, aquam verò fœtentem. Quamobrẽ quouſque perfectè conualeſcat vinum hoc facito.

Vinum ſubacidum aut acetum, ut uini naturam induat.

Vt vinum ſubacidum aut acetum, vini naturam adciſcat, ponátur in eo porri ſemina, vel pampini & capreoli.

Mustum ne ebulliat.

Ex pulegio vel origano coronam confice, & collo vasorum circumpone. Vel interiora doliorum labia lacte vaccino perũge, detinebit enim intus bulliens mustum.

Vinum molle ut austerum fiat.

Folia busſi, aut folia vel radices maluæ, vel altheæ, aut vitis cineres, ponantur in vase, & fiet austerum.

Vt uinum nouum uetus fiat.

R. Meliloti ℥.j.
Glicyrrhizæ
Nardi celticæ, sing. ℥.iij.
Aloes hepaticæ ℥.ij.
contundantur & misceantur cum vino.

Vinum ne florem habeat.

Oenanthen siccatam in vinum inspergito, aut farinam erui vino admisceto. Vbi verò infra secesserint flos & farina, vinum in aliud vas transfundito.

A uino aqua quomodo segregetur.

Vas ex hedera conficiatur, vinum conijcies, & si qua mista fuerit aqua, breui tempore foras extillabit.

Vinum ab aqua quomodo separetur.

Liquidum alumẽ in vini dolium mittito, deinde spongia vncta oleo vasis os obstruito, & inclinans effundi sinito, & effluet solum aqua.

Aliter

ALITER.

Licia vel penicilli ex goſsipio, vel linum dolio immergátur, vt ſupereemineant: ab eo enim aqua ſecernetur.

Vinum an habeat admiſtam aquam.

Mala vel pira ſylueſtria vino immergantur, ſi perfluitantia ſupernatauerint, meri: ſi verò mergũtur diluti indicium eſt. Vel canna græca, vel palea, vel ſimile aliquid, oleo inungatur, deinde in vinum ponatur, & extrahatur, quod ſi guttæ aliquæ hærent, aquam habet.

Vinum quomodo liberetur à muffa.

Multa neſpila acerba in quatuor vel pluribus cordulis inciſa per coctionê per quindecim dies vel menſem vnum dimittantur, & optimè vas liberabitur & vinum. Vel manipulus ſaluiæ mane & ſero in vaſe ſuſpendatur, ne vinum contingat, extracta aqua lauetur, foramine optimè obturato. Vel lauri baccæ ſumantur, & bulliant cum vino, & ponantur in vaſe, & vaſa & vina liberabuntur.

Vt neq; tonitrua neq; fulgura peruertant uina.

Ferrum doliorum operculis imponatur. & noxam à fulgure & tonitru detrahet.

Ad uinum graueolens.

Tedæ pingues incenſę in dolium immittantur, & vini graueolentia emendabitur.

Vinum absinthites, utile stomacho, urinam ciet, tardam concoctionem accelerat: hepaticis, regio morbo, & renum uitijs auxiliatur: ualet contra præcordiorum distentionem, & inflationes uentris, tineas & menstrua suppressa &c.

R. Absynthij ℥.xij. vel lib.j. contundatur, & in raro linteo deligetur, deinde in cado musti binis mensibus maceretur. Sunt qui in decocto vino absynthium in sacculo immittunt, vel vnà coquunt. Aliqui quouis anni tempore absynthium in vino vetere in vasculo ponunt, presertim in cellis frigidioribus: aut in amplo vase vitreo benè obstructo.

Aliud optimum.

Absynthium viride vel siccum contundatur, & coletur vinum calidum aut frigidum super ipsum aliquoties, donec saporem & vim eius recipiat, & saccharo vel melle condiatur.

Aliud, stomacho frigido prodest, flatus discutit, colicam pituitosam, & ex flatibus natam sanat.

Absynthij comis aridis superinfundatur vini Cretici, aquæ ardentis, sing. part j. & relinquantur sic per vigintiquatuor horas, deinde exigua eius mensura vino multo addatur, & optimum erit.

Vinum

Vinum saluiatum contra renum, uesicæ & laterum dolores, reiectiones sanguinis, tussim, rupta, uulsa, & menses remotos.

R. Saluiæ ℥.j. ponatur in musti amphora per duos menses, & bonum erit.

Vinum borraginatũ utile melancholicis & cardiacis lætitiam affert, amentiam tollit &c.

R. Florum borraginis quãtum volueris, ponantur in musto nouo vsq; ad perfectam depurationem, deinde postquam consederit, in aliud vas sensim fundatur, & ad vsum seruetur.

Vinum ex marrubio ad tussim, & omnia intestinorum uitia.

R. Marrubij sicci lib. iiij.
Musti optimi sextar. C.
misceantur & simul deferuescant, postea eximatur Marrubium, & purgatum vinum diligenter oblimatur.

Vinum rosaceum ad stomachi coctiones, & dolores, à cibo potum: & contra humidas aluos, & dysenterias, utile ijs qui febri carent.

R. Rosarum contusarum lib.j.
deligentur linteolo, & in sextarios cocto musti demergantur, deinde post tres menses defæcatum vinum transfundatur & seruetur.

Vinum rosaceum ad stomachicos & plauriticos.

R. Rosarum siccarum, Anisi, Croci
Mellis sing. q. s. est,
colligentur simul & in vinum inijciantur.

Vinum inulatum utile stomacho, prodest tussi, orthopnoeæ, ruptis, conuulsis, inflationibus. &c.

R. Radicum inulæ q. s. est, incidantur, & in olla noua vitreata coquâtur in musti sextarijs duobus aut amplius, donec partes aliquot consumantur. Deinde musti optimi dulcis sextarij viginti quatuor, aut amplius, in cacabo decoquantur, donec dulcescat: postea inulæ radices vnà cum musto in quo deferbuerunt, affundantur, & cum adhuc aliquantulum simul bullierint, deponatur & seruetur.

Vinum ex Halicacabi granis, educit materiam calculosam à renibus & uesica manifestè, & urinam retentam ducit.

R. Granorum halicacabi contritorum q. s. est, coletur vinum calidum vel frigidum super ipsa aliquoties, donec saporem & vim eorũ recipiat, & saccharo vel melle cõdiatur.

Vinũ cydonites, prodest stomacho, dysenteriæ, hepaticis, renum uitijs difficultati: astringit.

R. Malorum catoneorum mundatorum & incisorum lib. xij. ponantur in musti cadum per triginta dies: deinde reponatur.

Vinum raſpatitium, prouocat appetitum. Medetur corpori ob calorem diſſoluto, potiſsimum æſtate, cholericis & ſanguineis utile.

Ponantur aliquæ vuæ acerbæ cum maturis in torculari, vt ſimul exprimantur. Vel, quod melius eſt, reſeruentur vuæ, & conterantur vnà cum raſpatijs ſuis, & immittantur vaſi cum muſto. Sunt qui huic vino etiã aromata addãt, qualia ſunt: R. Galangę ℥.v. coriandri ℥.iij. cinnamomi, garyophyllorum, ſing. ʒ.ij. Zedoariæ ℥.s. fiat puluis craſſiuſculus.

Vinum è malis punicis, efficax eſt contra fluxiones internas, & febrim cum alui profluuio exortam, ſtomacho utile, aſtringit aluum, & urinam mouet.

R. Acinorum punicorum repurgatorum, q.ſ. eſt, prælo ſtatim ſubijciantur, & expreſſus ſuccus vitreis amphoris recõdatur: ibiq; per ſe tandiu efferueſcere pemittatur, quouſq; deferbuerit, & ſubſidat fæx: deinde in alias ſenſim transfundatur amphoras, vt à fæcibus repurgetur: poſtea oleum ſuperinfundatur, ne euaneſcat, & corrumpatur, vel aceſcat.

Vinum saluberrimum, quod sanitatem usq; ad senectam conseruat.

R. Iridis ℨ. iiij.
Myrrhæ Troglitidis ℥.ij.
Piperis ℨ.j.
Seselis ℨ j.s.
Mei ℨ.j.s.
Apij ℨ.ij.
Farinæ
Fœniculi sing. ℈.j.

redigantur in puluerem, deinde vini albi odorati, quod satis fuerit, affundatur, & teratur, in massasq; redigatur, quæ linteolo illigatæ in vas mittantur, infusoq; vino optimo, & operculo addito, & pòst diem quartum aperiatur, & calix ieiunè bibatur. Hoc vino si quis quotidie vtatur, sine morbis permanet. Cæterùm hanc compositionem per mustum fieri præstat.

Vinum ad dysenteriam & fluxum uentris.

R. Malorum punicorum subcrudorum & confractorum n°.xxx. ponantur in dolium superinfundendo vini nigri austeri congios tres, & relinquatur sic per dies triginta.

Vinum purgans, abortus facit & partus necat.

R. Veratri nigri ℨ. xx.
Iunci adorati ℥.xij.
Spicæ Syriacæ ℥.xiij.

cribratas

cribratas & linteo colligatas, in ſeptem vini Cretici ſextarios, diebus quadraginta macerandas indito.

Vinum ſcammonites, aluum purgat, bilem & pituitam extrahit.

R. Radicis ſcammonię per meſſes effoſſę tritæ, & linteo colligatæ ʒ.v. ponatur in muſti congium ad dies triginta.

Vinum aromatites ad pectoris, & laterum, & pulmonis dolores, difficile urinæ, horroribus, retardatis menſibus, atq; ijs, qui per frigora iter faciunt, potum cõuenit, pituitæ craßitiem extenuat, colorẽ alit, ſommum conciliat, dolorem finit, renum, & ueſicæ uitijs auxiliatur.

R. Calami ℥.j.
Phu ʒ. vij.
Coſti ʒ.ij.
Nardi Syriaci ℥.vj.
Caſsiæ ſeu cinnamomi ℥.s.
Croci ℥.s.
Amomi ʒ.v.
Aſari ℥.s.

Omnia ſimul trita, & linteo colligata in cadum muſti demergantur: & poſtquam vinum deferbuerit, transfundatur.

Vinum aromaticum ad iuuentutis conſeruationẽ, temperamenti confirmationem.

R. Nucis moſchatæ
Garyophyllorum
Cubebarum
Paſſularum, ſing. ʒ. iij.

in ſacculo bubliant in boni vini libris tribus vſq; ad tertiæ partis conſumptionẽ, deinde addatur ſaccharũ, & ſeruetur ad vſum. Doſis eſt ℥. j. plus minus mane & veſperi.

Vinum crocatum lætitiam afferens, & aufferens melancholiam.

R. Croci benè ſicci, modicum, ponatur in ſacculo amplo de panno lini ſubtiliſsimi rari, & ſacculus ponatur in colatorio de ſtamine vel panno lineo, & ſuperinfundatur vinum ad modum lixiuij, & repetatur donec placeat color & ſapor. Poſſunt & aliæ ſpecies admiſceri pro arbitrio.

Vinum hippocraticum.

R. Cort. cinnamomi interiorum ʒ. vj.
Zingiberis ℥. s.
Nucis moſchatæ ʒ. ij.
Garyophyllorum
Granorum paradiſi, ſing. ʒ. j.
Cardamomi
Piperis
Calami aromat.

Coriãn

Coriandri præparati, ſing. ℈.j.
Vini optimi lib. viij.
Sacchari alb. q.ſ.eſt,

pulverizanda pulverizentur, deinde miſceatur, & colentur ſecundum artem. Cæterùm hoc vinum lacte amygdalarum clarificari poteſt.

Aliud ad imbecillitatem ſtomachi.

℞. Cinnamomi electi ℥.s.
Zingiberis albi ʒ.ij.
Garyophyllorum
Piperis longi
Nucis moſchatæ, ſing. ℈.ij.
Sacchari albi lib.s.

Omnia benè trita in meri albi menſuris tribus commiſceto, ac percolabis.

ALIVD.

℞. Cinnamomi electi ℥.j.
Zingiberis ℥.s.
Galangæ ʒ.ij.
Garyophyllorum ℥.j.
Granorum paradiſi ʒ.ij.
Sacchari albi lib.s.
Vini optimi q.ſ.eſt,

miſceantur, & colentur ſecundum artem, lacte amygdalarum clarificando.

ALIVD.

℞. Cinnamomi electi ℥.j.s.

Zingiberis ℥.s.
Garyophyllorum ʒ.ij.
Galangæ
Granorum paradiſi,ſing. ʒ.j.
Vini rubri menſ. ij.
miſce,& fiat vinum Hippocraticum.

ALIVD.

R. Cort.integr. cinnamomi ℥.j.
Zingiberis albi ℥.s.
Garyophyllorum
Moſchocarij,ſing. ʒ.ij.
Granorum paradiſi ʒ.iij.
Galangæ
Macis,ſing.ʒ.j.s.
Piperis longi ʒ.j.
Spicæ nardi
Folij,ſing.ʒ.s.
Sacchari albi lib.j.
Vini rubri menſ. iij.
miſceantur & fiat ſecundum artem.

Vinum Hippocraticum ad cardiacos.

R. Vini auſteri odorati menſ.s.vel.j.
Sacchari albi lib. s.
Cinnamomi
Zingiberis,ſing.℥.s.
Galangæ ℥.j.
miſce & confice ſecundum artem.

Aliud

Aliud ad thoracis & pulmonis uitia accomodatum.

R. Cinnamomi optimi ℥.j.ß.
Garyophyllorum ʒ.j.s.
Anisi
Fœniculi, sing. ʒ.j.
Glicyrrhizæ ʒ. iij.
Cardamomi
Macis
Ireos, sing. ʒ.s.
Sacchari albissimi ℥.iij.

Singula diligenter trita infundantur cum sequentibus.

R. Vini maluatici ℥.ix.
Aquæ borraginis lib .j.
Aquæ rosacæ lib.s.
Aquæ melissæ ℥.iij.

Per tres horas iuxta fornacem relicta, tandem sæpius per saccum filtri colato fiat Hipocraticum vinum clarum.

Vinum hipocraticum facili ratione.

R. Cinnamomi electi ℥.ij.
Zingiberis ℥.j.
Carpesij ℥.s.
Sacchari albi lib.s.

Trita hæc omnia in fiscum ponãtur, & ex eo vini optimi mens. ij. liquantur aliquoties, vt vinum transeundo qualitates eas combibat.

Vinum hipocraticum laxatinum, contra quartanam quotidianam, & tertianam notham: concoquit & præparat humores, & eosdem mox per aluum educit.

R. Cinnamomi
Passularum, sing. ℥.s.
Zingiberis
Zedoariæ
Garyophyllorum
Masticis, sing. ℥.j.
Polypodij ʒ.iiij.
Epithymi ʒ.vj.
Esulæ lib.j.
Sacchari q.s.est,
misce & confice secundum artem.

Vinum hipocraticum cum aqua ardente.

R. Cinnamomi electi ℥.ij.
Zingiberis ℥.s.
Granorum paradisi
Piperis longi, sing. ʒ.j.s.
Garyophyllorum ʒ.j.
Nucis moschatæ ʒ.s.

Trita omnia in vas aquæ ardentis ter quaterue destillatæ, plenum, & clausum per quatuor dies ponãtur, & bis aut ter quotidie agitentur, demum coletur & seruetur. Huius mediocre cochleare plenum immittes in generosi vini rubei mensuram, & sacchari libra

bra addatur. Si tamen vinum dulce ſit, ſaccharo opus non eſt

Maluatici uini apparatus.

R. Galangæ optimæ
Garyophyllorum
Zingiberis
Macis, ſing. ʒ.j.

Hæc omnia craſsiuſculè trita in vaſe ligneo benè opereulato, infuſa in aqua ardente relinquito horis vigintiquatuor. Deinde in linteo ſuſpendito à filo in vas capax ſummę, vt vocant, aut dimidiæ ſummę vini clari per tres dies. Et habebis vinum tam bonum & forte, quàm ipſum natiuum Maluaticum.

Vinum Maluaticum.

R. Moſchi
Agallochi, ſing. ʒ.j.
Cinnamomi
Cardamomi
Garyophyllorum, ſing. ʒ.ij.
Sacchari candi ℥. s.

contundantur leuiter, & in ſacculo in vino ſuſpendantur.

Vinum de Romania.

R. Cinnamomi electi
Succi glicyrrhizæ, ſing. ʒ.ij.
Aniſi ʒ.j.

Macis ʒ. s.
Sacchari ʒ.iij.

Hæc omnia trita craſsiuſculè in ſacculo ſuſpende in vino.

Vinum Græcum.

R. Zingiberis
Galangæ, ſing. lib.s.
Granorum paradiſi
Garyophyllorum, ſing. ℥.iij.

Redigátur in puluerem non tenuiſsimum, deinde in ſacculo ſuſpendantur in dolio vini mediocri, (in ein fuder.)

Vinum muſcatellum.

R. Glicyrrhizæ
Polypodij
Aniſi, ſing. ʒ. ij
Nucis moſchatæ ʒ. iij.
Calami aromat. ʒ. j.

terantur leuiter, & in ſacculo ſuſpendantur in vino.

Muſcatellum rubrum.

R. Florum ſambuci ℥.iiij.
Cinnamomi ℥.s.

bulliant in muſto rubeo.

Vinum ſapore Rhetici.

R. Cinnamomi
Zingiberis

Garyo-

Garyophyllorum, ſing. ℥.s.

Craſsiſculè trita miſceantur, deinde linteolo illigentur, & in vaſe vitreo, aquæ ardentis pleno, atq; optimè obſtructo, per horas duodecim ſuſpendantur. Cum vti volueris, linteolum exprime in magnum aliquod poculum vitreum, cui infundendum eſt vinum, ita vt latera poculi aromatica illa aqua ardẽte conſpergantur: vt liquor in fundum expreſſus, inclinato poculo latera vndiq; madefaciat. Deinde vinum infunde, quod habebit ſaporem Rhetici vini.

Vinum ſapore muſcatelli.

℞. Nucis moſchatæ n°. j.
Macis ℈.j. vel ʒ.s.

trita miſce, & linteolo ligata, in vaſe vitreo, aqua ardente pleno, ſuſpende per horas duodecim. Deinde cum vti volueris, linteolum in magnum aliquod poculum vitreum exprimè, ita vt liquor in fundum expreſſus inclinato poculo latera vndiq; madefaciat. Poſtea vinum infunde, & optimum erit Muſcatellum.

Vinum ſapore Alſatici.

Saccharum candidum in linteolo liga, vt iam dictũ: Aut mel diligenter deſpumatũ cũ aqua ardente miſce in vaſculo benè obſtructo: & cum vti volueris, linteolum liquore

hoc intinctum in poculum exprime, & habebit saporem Alsatici vini.

Vinum zedoarticum.

R. Cinnamomi ℥.iij.
Garyophyllorum
Nucis moschatæ
Granorum paradisi
Cardamomi, sing. ℥. s.
Zedoariæ ʒ.vj.
Cubebarum
Piperis longi, sing. ʒ.ij.

Contūdantur crassiusculè, & in sacculo, in mensura vini, quæ vulgò Oma vocatur, suspendantur.

Vinum senescentium, hyemali tempore utile melancholicis & phlegmaticis: renes & totum corpus calefacit, tumorem hæmorhoidum tollit, concoctionem iuuat, bonum colorem facit, lumen clarificat, ingenium acuit, canitiem retardat &c.

R. Cinnamomi electi ℥.j.
Zingiberis
Galangæ
Calami aromat.
Carpobalsami
Xylobalsami
Spicæ
Asari,
Myrtillorum, sing. ℥.j.

Masticis

Masticis ʒ.ij.
Glicyrrhizæ
Passularum, sing. ℥.s.
Sacchari q.s.est.

Omnia benè trita in meri albi mensuris quatuor commisceto, ac sæpius percolabis.

Cl..retum.

R. Cinnamomi ℥.ij.
Galangæ
Zingiberis, sing. ℥.j.
Garyophyllorum ʒ.ij.
Granorum paradisi
Piperis longi, sing. ʒ.j.
Mellis lib.j. s.
Sacchari lib.ij.
Vini albi mens. iiij.

Puluerizanda puluerizentur, deinde misceantur, & aliquoties colentur, cum albuminibus ouorum clarificando.

Claretum.

R. Cinnamomi ℥.j.
Zingiberis
Granorum paradisi, sing. ʒ.j.s.
Garyophyllorum ʒ.ij.
Coriandri præparati ʒ.iij.
Sacchari albi ℥.iiij.
Vini albi optimi lib.iiij.

Omnia trita & colata, reseruentur in vase stanneo.

ALIVD.

R. Cinnamomi ℥.s.
Garyophyllorum ʒ.j.
Zingiberis ʒ.ij.
Sacchari albi lib.s.
Mellis ℥.j.
Vini albi menſ.iij.

Miſceantur, & fiat claretum ſecundum artē.

Claretum optimum.

R. Cinnamomi electi lib.j.
Zingiberis
Galangæ
Granorum paradiſi
Garyophyllorum
Cubebarum
Macis
Cardamomi
Piperis longi, ſing.℥.s.
Spicæ nardi
Schœnanthi
Nucis moſchatæ, ſing.℥.j.
Croci ʒ.s.
Vini optimi lib.cxxviij.

Pone vinum totum in vaſe: deinde ſpecies tritæ pone in aliquo panno lineo ſatis amplo: & in barili, in quo claretum facere volueris, pannum intromitte cum ſpeciebus, ita quod latera panni ſuperemineant aliquātulum ſupra os barilis. Poſtea in aliquo vaſe pone

pone quatuor libras mellis optimè despumati, & fortiter cum vino misce, ita vt totũ satis clarum sit. Tum vinũ super species colando infunde, & postremo vinum cum melle. Demum clauso barili species in eo relinquæ cum páno per biduum. Tandem aufer fortiter comprimendo: & habebis claretum optimum. Si verò pro principe aut prædiuite aliquo parare volueris, adde supradictis

Ligni aloes
Folij, sing. ℥.s.
Moschi ʒ.s.

Et loco mellis ponne saccharum subtilissimè tritum.

ALIVD.

R. Cinnamomi electi ℥.j.
Zingiberis ℥.s.
Galangæ
Garyophyllorum
Granorum paradisi, sing. ʒ.ij.
Croci ʒ.j.
Mellis optimè despumati lib.ij.
Vini optimi mens.ij.

Omnia trita per sacculũ colabis, cuius pars superior linea sit, inferior lanea. Hoc vino si mulier vti debeat, aut delicatus aliquis, pro melle saccharum pones.

ALIVD.

R. Cinnamomi electi ℥.ij.
Zingiberis ℥.j.
Granorum paradisi
Piperis longi, sing. ℥.s.
Garyophyllorum
Nucis moschatæ
Macis, sing. ʒ.ij.
Cardamomi
Cubebarum, sing. ʒ.j.
Spicæ nardi
Schœnanthi
Calami aromat. sing. ℈.j.
Mellis optimè despumati lib.iij.
Vini optimi lotum j.

Trita omnia misceantur & fiat claretum secundum artem.

Claretum aduersus affectus frigidos, & in senibus ac illis qui imbecilliores sunt ad uenerem. conuenit phlegmaticis & melancholicis mirificè. Tristitiam soluit, lætitiam affert. Splenis & hepatis obstructiones aperit. Hydropem curat: & lapidem à renibus potenter educit, si addatur parum saxifragæ & lapidis lyncis.

R. Cinnamomi electi ℥.ij.
Zingiberis ʒ.iij.
Cardamomi ʒ.ij.
Galangæ

Folij

Folij, sing. ʒ.j.
Spicæ nardi
Carui, sing. ʒ.s.
Piperis longi ʒ.iiij.
Garyophyllorum
Nucis moschatæ
Macis
Granorum paradisi, sing. ℥.ij.
Mellis despumati pintam.j.
Vini lotum j. Burgese.
Fiat claretum secundum artem.

Aliud tempore pestilenti præseruans.

R. Angelicæ ℥.s.
Boli armeni ʒ.j.
Nucis moschatæ ʒ.ij.
Galangæ
Piperis longi
Coriandri, sing. ʒ.s.
Zingiberis ʒ.iij.
Cinnamomi electi ℥.j.
Sacchari q.s. est,
Vini optimi mens.j.
Omnia trita misceantur, & fiat claretum secundum artem.

Claretum laxatiuum.

R. Cinnamomi ℥.j.
Galangæ ʒ.vj.
Esulæ

Turbit
Pilularum hermodact. sing. ʒ.s.
Redigantur in puluerem, & fiat claretum cũ melle & saccharo secundum artem.

Vinum saccharatum, senibus frigidis & debilibus conuenit, & quibus humor natiuus & calor naturalis imminuitur. Nutrit *enim, & sanguinem generat, & replet partes principales spiritibus.*

R. Vini Maluatici
Sacchari albissimi, sing. lib. iiij.
Coquantur ad lentum ignem vsq; ad syrupi consistentiam, deinde ad vsum seruetur. Vsus eius est cum duobus aquæ partibus.

Vinum scillinum, omnem sanitatem affert. Humores *enim attenuat, sed maximè pituitam, neq; ipsam in stomacho, aut uentre, aut capite, aut iecore, aut liene, aut neruis, aut oßibus consistere permittit, neq; alium id genus tenacem humorem obstructiones facientem: sed omnia dissoluit, & uentrem lenit, atq; ita subducit, & urinam mouet, & per ipsam causas attenuat, excernitq;. Adeo uerò caput purgat, ut nares humiditate uacent. Commodum est podagræ, articulari, & comitiali morbo: deniq; omnis sanitatis est author.*

Scyllam albam, mõtanam circiter Canis exortum accipito in libræ pondere, per dies decem in vmbra refrigera: deinde scille laminas

minas refrigeratas in vitreum vas mitte, & vini albi veteris ſextarios duodecim ſuperinfunde, & ſuſpenſum vas per quadraginta dies habeto: poſtea ſcillam exime, & abijce, & vino ad antedicta vitia vtere, & eius vim percipies. Subinde ante cibum vini duas vncias exhibe, ſin à cibo vnciá mediá. Quod ſi ipſum potui commodum efficere velis, vt magis delectet, mellis ſextarios duos, aut tres admiſceto.

Vinum ſcillinum ad concoquendum & ad corpus reficiendum, itemq; ad tuſsim ueterem, et ad ſtomachum.

Primùm ante dies quadraginta quàm vinum voles vindemiare ſcillam legito, eamq; ſecato quàm tenuiſsimè, ſicut raphani radicem, taleolasq; ſectas ſuſpende in vmbra vt ſiccentur: deinde cũ aridæ erunt, in muſti aminei ſextarios xlviij. ſcillæ aridæ adde pondo libram, eamq; ineſſe patere diebus triginta: poſtea eximito, & defecatum vinum in amphoras binas adijcito. Nonnulli ſcribunt in muſti ſextarios xlviij. ſciliæ aridæ pondo libram, & quadrátem adijci oportere, quod & ipſum non improbo.

Vinoſi quomodo abſtemij reddendi.

Anguillas tres, vel quatuor vino immerſas ſinito dum emoriantur: ebrioſo vinum

admoueto, & pertedescet, semperq́;, oderit, nec amplius bibet, vel quamminimè modestius degens.

ALITER.

Humorem tenuem, qui de vitibus amputatis defluit, colligito, & vinoso ignoranti cum vino bibendum exhibeto, & vini desiderium in ipso cessabit, ac extingnetur.

Vt ex multo uini potu quis non inebrietur.

R. Succi caulium alborum
Succi granatorum acrium, sing. ℥.ij.
Aceti ℥.j.

bulliant simul aliquandiu, & fiat syrupus, de quo sumatur ℥.j. antequam bibatur. Vel amygdalæ amaræ quinq; vel septem in ieiuno comedantur. Pulmo caprinus vel ouis assatus, & comestus, & semen caulium, & absynthium, & sal napticus, & ameos, & lapis Amethystus gestatus, omnia hæc ab ebrietate præseruant.

Vini haustu nimio ne inebrietur accumbens.

Potator vini non inebriabitur, si chamæpityos, vel hęderę ramulis fuerit coronatus: vel si initio cenę crudę brassicæ quatuor vel quinq; cymata comederit. Hirundinis rostri cinis, vel hirundinũ combustarũ puluis in vino potatus cum myrrha, in æternum non sinit inebriari. Idem facit succus foliorũ persici expressus, & cyathus ieiuno sumptus.

Vt quis

Vt quis cito inebrietur sine nocumento.

Lignum aloes Indum infundatur in vino, aut coquantur cortices mandragoræ in aqua, donec rubeat, & lymphetur vinũ ex ea.

Vt quis à uini potu non oleat.

Iris troglotidys manducetur, & vinũ potatum non exhalabit.

Vt ebrij rursum sobrij fiant.

Sobrios reddit ebriosos acetum aceruatim haustum, & brassica comesta, & dulciaria ex melle ac placentæ.

Acetum scillinum: durat fauces, uocem expedit & lympidam canoramq; reddit. Stomachicis, ægrè cibum concoquentibus, melancholicis, comitialibus, uertiginosis, mente captis, item uuluarum strangulationibus, lienis incremento laborantibus, ischiadicisq; prodest. Imbecillos admodum recreat, corpus sanum reddit, uitamq; producit, & colorem corporis bonum præstat: spiritum faciltiat: omnia cibaria conficit: omnia è corpore excrementa protrudit: totiusq; corporis purgatorium medicamentum est, etiam si in oßibus sordes hæreant. In summa ad omnia efficax. Datur quotidie ieiunis parũ ad sorbẽdũ. Huius conficiendi ratio huiusmodi est.

R. Scillam montanam libræ vnius ponderis, & dura circuncide, & mollia minutatim concide, & aceti acerrimi sextarios octo in vitreum vas mitte atq; obtura, ac per trigin-

ta dies in Caniculę caloribus, vt maceretur, permitte: deinde scillam extractá exprime, & ad vsum acetum serua.

Acetum scillinum concoctioni et sanitati cõmodũ.

R. Scillæ ℥.j.
Cinnamomi
Piperis longi, sing. ʒ.ij. vel iij.
Menthæ
Baccarum iuniperi, sing. ʒ.j.
Aceti sextarios ij.

ponãtur in vas vitreum per triginta vel quadraginta dies, deinde coletur, & ad vsum seruetur,

Vt acetum acre permaneat.

Fabas cum citreo acido permistas, in vas acetũ habens mittito. Vel piper corniculatum, in linteolum indito, & ad dies aliquot in acetum suspendito.

Aceti acris concinnatio.

Quarta aut quinta pars aceti ad ignẽ ferueфiat, deinde reliquo addatur, & ad solem per dies octo exponatur, & acerrimum & iucundum erit. Cæterùm graminis radices vetustæ, & vuæ passæ, & piri syluestris folia cõtusa, & rubi radix, & lactis serum, & glandis vstæ prunæ ignitæ, & cicerum decoctum, & testæ ignitę, singula ex his in acetum coniecta ipsum acre faciunt.

FINIS.

INDEX CAPITVM
Libri primi.

ATIO & modus conseruandæ iuuentutis, senectutis tardandæ, ad tuendum hominem semper sanum & robustum, ac si in ætatis flore esset. fol. 1.
Liquor seu potio preciosissima, & inestimabilis uirtutis, quæ conseruat & restituit calorem innatum, & humidum radicale, retinétque tum sanguinem, tum uentriculum purum ab omnibus humoribus noxijs, ac postremò custodit, & in statum pristinum reducit sanitatem, iuuentutem, producitq; uitam 3
Potio loco syrupi aut medicinæ sumenda, & maximè ab ijs, qui opus purgatione habent. Conuenit autem omni temperamento, omniq; ætati per multos dies absq; periculo sumi. Valet ad morbum Gallicum, atq; ad omnem malam tum uentriculi tum capitis affectionem 12
Facile & optimum remedium ad quamuis pessimã morbi Gallici speciem, siue is cum doloribus, siue ulceribus, siue iuncturarum tumoribus sit 14
Modus conficiendi aurum potabile ad conseruandum sanitatem, & iuuentutem. Sanat omnem morbum incurabilem septẽ ad summũ diebus 15

Ad sanādum ulcus carnosum in uirga, etiam si fuerit inueteratum 19
Ad omnem hepatis calefactionem atq; aliam malam affectionem 21
Secretum rarum atq; pulchrum pro hæmorrhoidibus una nocte supprimendis 22
Vnguentum nobile ad ignis ustionem, quod sanat, signo nullo relicto. ibidem
Remedium rarum perfectum ac probatum, si quis cibum retinere non poßit, atq; imbecillum uentriculum habeat 23
Remedium quo mulier quædam triginta sex annorum fuit persanata, quæ tingendis in sole capillis alijsq; de causis, uentriculum ita male affecit, ut per sesquiannum nullum uentris beneficium habere potuerit, atq; cibo sumpto, statim euomuerit. Quibus de causis pallida atq; ligni instar arida fuerit. 24
Ad puerorum uermes tria singularia remedia 25
Ad lunaticam affectionem puerorum, ex qua tremunt & semimortui apparent 26
Ad morbum comitialem 27
Oleum ex sulphure ad cancrū, fistulas, & alia antiqua ulcera ibidem
Ad extrahendum ex uulnere uenenum 28
Ad omnis generis animalis uenenosos morbos. ibidem.
Ad sagit-

Ad sagittam aut aliud ferrum ex uulneribus extrahendum. ibidem
Ad capitis percußiones, tumores, siue casu, siue aliter euenerit 29
Ad uehementem infantium tußim ibidem
Ad surditatem remedium perfectißimum. ibidem
Ad procidentiam matricis 32
Ad lac mulieribus restituendum & multiplicandum 33
Ad morbi Gallici tumores antiquos & nouos, remedium ualde bonum. ibidem
Aliud ad morbi Gallici tumores 34
Ad percußiones siue ligno, siue lapide factas, facile & perfectum remedium, etiam si uulnus acceßit 35
Aqua ad sanandum omnis generis uulnera paucißimis diebus. ibidem.
Modus conficiendi oleum Hiperici, quod Venetijs & alijs quibusdam in locis rubrum appellant 37
Modus parandi oleum ex cane rufo 42
Vnguentum pretiosius alijs omnibus infinitas uirtutes obtinens 44
Contra febrem quartanam remediũ certißimũ 47
Ad Verrucas facile, bonum, & sæpenumero probatum 48
Optimum facillimumq; remedium ad Pleuritidem

quo ut alios taceam, fabrum quendam semimortuum duobus diebus mirabilé persanauimus 49
Aqua pectoralis ad Pleuritidem pectus mirum in modum mundificans 51
Ad omnem oris, palati, gulæ affectum remedium certißimum 52
Ad omnia crurum ulcera noua & uetera etiamsi caro ad ossa usq; erosa esset 53
Ad genuum crurumq; tumores, ruborẽ & humiditates ibidem
Ad ischiadam remedium, sæpe multisq; & diuersis regionibus probatum 55
Catapotia siue pilulæ mirandæ uirtutis contra ischiadem. 57
Aqua lucida & odorata ad omnis generis scabiem quinq; diebus quauis illustri fœmina & regina digna 58
Remedium ad laterum, siue lumborum dolores in multis tam uiris quàm mulieribus probatum 59
Aliud ibidem probatum 60
Aliud perfectum & ad urinæ retentionem à calculo, etiam si quis morti esset uicinus, tamen urinam statim prouocãs, calculosq; magnos in decem aut duodecim diebus frangens 60
Aliud præstantius pro calculo, & alijs rerum affectionibus ibidem
Aliud optimum & perfectißimum remedium, tam pro re-

pro renum calculo, quàm uesicæ 61
aliud remedium contra sanguinis per os reiectionem propter uenam aliquam in pulmone ruptam 62
Ad phtisim remedium probatum & facile. Ibid.
Ad laterum, lumborum, renum, omnemq; alium dolorem illico tollendum 63
Ad oris & anhelitus tetrum odorem. ibid.
Ad rabidi canis morsum, & ad maniam quæ ex eo sequitur remedium 64
Ad carnem putridam in naribus natam, rarum & bonum 64
ad casum ex alto loco, etiã si periculum sit ruptionis partium internarum. ibidem.
Ad scrophulas remedium facile & bonum 65
Aliud ad idem. ibidem
ad scrophulas optimum remedium ibidem
ad scrophulas aliud 68
Vt scias an mulier conceptioni apta sit, certißimum. ibidem
Ad strumas in quinquaginta diebus ad summũ absumendas rarum 65
Aliud ad strumas 66
aliud uerum & probatum. ibid.
Ad restituendum extendendumq; cutem strumis ablatis 67
Ad anginam remedia tria certißima 67

aqua cœlestis plures & notabiles uirtutes obtinens ut infrà dicetur ibid.
Remedium rarum & perfectũ, quod sanat fatuos, siue à cerebri aliqua ægritudine, siue aliquo ueneficio sic redditos 72
Pilulæ Michaelis Scoti, ad capitis antiquum dolorem, quæ cerebrum purgant, uisum clarificant, memoriam seruant, colorem faciei bonum reddunt, ualent præterea ad alias multas ægritudines 75
Ad mamillarum ægritudines, doloresq; remedium optimum & probatum. ibidem
ad maturandos inguinum bubones 76
ad repellendos inguinum bubones, ita ut euanescãt modò in pincipio statim fiat. ibidem
Emplastrum aureum ad uulnera quod admirandæ uirtis est 77
Secretum ex India allatum ad ægritudines diuersas probatum ibidem
ad tußim recentem & antiquam optimum & tutißimum 78
Syrupus ad tußim, pectorisq; angustiam optimus, qui & uentriculum mũdificat, uocẽ, coloremq; faciei emendat. ibidem
Vnguentum ad tußim uerum & facile 79
ad ulcera uetera, putrida, incurabilia, facile & bonum, quod uno aut altero die sanat 80
Contra

Contra peſtem ſæpius probatum 81
Contra peſtem ſuffimentum. ibidem
ad peſtem remedium optimum 82
Contra peſtem Antidotum præſeruans 83
Emplaſtrum aperiens peſtem. ibid.
Contra peſtem aliud 84
aliud probatum ibidem
aliud ad peſtem 85
aliud ad idem probatiſsimum 87
aliud perfectiſsimum. ibidem
ad perimendum apoſtema peſtiferum, facile 88
ad liuidas & peſtilentes puſtulas in cute apparentes, quas quidam Itali Petechias, alij ſigna uocant 88
Contra peſtem probatum 89
Globi contra peſtem 90
Vnguentum perimens peſtem. ibidem
Oleum contra peſtem & uenena 91
Præſeruatiuum contra peſtem optimum ibidem.
Præſentiſsimum remediū ad eos, qui peſte correpti ſunt, quod ualet etiam ad liuidas puſtulas in cute ex febre peſtilentiali ſubortas: itemq; ad carbunculos, ignem ſacrum, & id genus alia 92
Contra peſtem remedium facile, trahens uenenum à parte affecta, ſiue in ea ſit bubo, ſiue carbunculus, aut alius quiuis tumor. 92

Modus quo quisq; tempore pestis præseruari possit 95
Modus conficiendi succū acetositatis Citri, ad cum usum de quo supra dictum est 96

INDEX CAPITVM libri secundi.

Modus cōficiendi oleum imperiale ad capillos, barbam, manus, chirothecas inungendas fol. 97
Modus conficiendi olei balsamini, uel de ben, quo suffitores utuntur odorati per se, & non magni ingenij ad chirothecas & alia huiusmodi odore imbuenda 98
Aqua odorata ualde,

Aqua
- Prima 99
- Secunda 100
- Tertia ibidem
- Quarta 101
- Quinta 102
- Sexta 103
- Septima ibidem
- Octaua 103
- Nona 104

Aqua decima & ultima odorata 104

Modus parandi oleum ex floribus Malorum arantiorum pretiosum. ibidem
Olei Iasmini ex floribus garyophyllorum cõficiendi modus 105
Oleum ex nuce moschata perfectißimum ibidem
Oleum belzoinum seu assæ odoratæ 106
Oleum ex styrace excellentißimum. ibidem
Oleum Myrrhinum quod efficit cutẽ mollem, candidam & uenustam. ibidem
Ratio oleum omnis generis conseruandi à putredine 107
Oleum belzoinum ibidem
Aliud oleum Belzoinum præstantius. ibidem
Oleum ex styrace calamita 108
Oleum ladani. ibidem
Oleum nucis Moschatæ 109
Oleum garyophyllorum ualde nobile 110
Puluis ireos. ibidem
Puluis quem Violettam Itali appellant 111
Puluis albus ad sacculos. ibid.
Modus parandi puluerem Cyprium 112
Puluis magistralis optimus 113
Puluis albus odoratus 114
Puluis ruber. ibid.
Puluis niger 115
Puluis Cyprius nobilißimus. ibid.
Puluis Cyprius aliter paratus perfectißimus 116

Puluis odoratus & perfectus seruãdus in ciſtis 119
Puluis odoratus. ibidem
Puluis optimus & odoratus, quem quiuis ſecum ferre poßit, uel in capſis ſeruare 118
Orbiculi odorati contra peſtem. ibidem
Ad odorem puluinis conciliandum 119
Suffimentum Damaſcenum. ibidem
Aliud ſuffimentum Damaſcenum 120
Lumen odoratum. ibidem
Compoſitio ex moſcho, zibetto & ambra 121
Suffimentum ad cubicula. ibid.
Suffimentum ad lucernas. 122
Aliud ſuffimentum. ibidem
Suffimentum aliud ad cubicula. ibid.
Compoſitio moſcata optima ad chirothecas odore commendandas 123
Suffimentum imperatorium ad cubicula, ueſtes, culcitras, lintea & ſimilia 124
Compoſitio ad orbiculos odoratos, eosq; optimos conficiendos 126
Liquor regius. ibidem
Smegma ſiue ſapo album moſchatum. ibid.
Modus extrahendi lactis ex mahales 127
Smegma album odoratum. ibid.
Smegma moſchatum Damaſcenum 128
Smegma liquidum Neapolitanum. ibidem
Smegma optimum ex diuerſis rebus 129
Smegma

Smegma cum zibetto 130
Smegma ex oleis diuersis odoratus. ibid.
Smegma cum rosis. ibidem
Smegma album odoratum Damascenum 131
Aliud smegma optimum. ibid.
Smegma nigrum & durum. ibid.
Smegma Neapolitanum aliud 132
Smegma ad serica optimum. ibid.
Seuum nobilißimum ad manus & chirothecas 133
Seuum optimũ ex pomis, quod pomatũ uocãt 134
Seuum pomatum aliud 135
Aliud pomatum 136
Pilæ ad tollendas maculas olei & seui 137
Dulciaria siue confectiones moschatæ. ibid.
Dulciaria regia 138
Dentifricium perfectißimum. ibid.
Vinum hippocraticum perfectum 139

INDEX CAPITVM libri tertij.

Secretum elegans ad condiendum mala citria atq; huius generis alia fo. 140
Modus purgandi & præparandi mellis uel sacchari ad condienda mala citria uel alia huiusmodi 142
Mala persica Hispanorum more confecta 145

Diacidonium simplex paratum modo Valentinorum, quo etiam utuntur Genuenses, in frusta uel placentarum formam confectum 151
Ad condiendum mala insana cum sacchraro modo Genuensium, quæ Lõgobardis mala Disdegnosa uocantur 152
Pasta ex sacchraro facta ex qua uariæ fructuum, uasorum & animalium formæ cõfici queunt. 168
Conditum ex melonibus perfectum 154
Melones siue pepones, quomodo dulces perfectiq; reddi poßint 155
Ad condiendos Aranciorum cortices quouis anni tempore 156
Ad condiendas nuces. 157
Ad condiendas cucurbitas 155
Ad cõdienda pyra Appiana, quæ moscatella dicuntur. 156
Mustacea Neapolitana nobilißima & suauißima, quæ & recreant uentriculum, & halitum bonum reddunt. 167
Malorum citriorum conditura, quæ uentriculum corroborat, concoctionem iuuat oris halitum commendat. 142
Mala citria condita ad eadem 143
Conditum citri ad eadem 144
Conditum ex persicis, uentriculum calidum confirmant, sitim sedant, oris fœtorẽ emendant 145

Con-

Condimentum cotoneorum, quod uirtutem retentiuam & stomachum roborat, fluxiones compescit, concoctionem iuuat, appetentiam excitat, & uomitum cohibet 146
Diacidonium ad eadem 146
Diacidonium ad eadem 147
Aliter ibidem
Condimentum cotoneorum ad eadem 147
Diacidonium è succo citoniorum appetentiam languentem excitat, uẽtriculum & hepar roborat, coctionem iuuat 148
Conditum ex malis cotoneis, uẽtriculum, hepar & cætera uiscera roborat, appetentiam excitat, concoctionem iuuat, uomitum & lienteriam sedat 148
Diacidonium purgãs, ad colicum dolorem & alios partium nutritoriarum morbos 149
Diacidonium roborans ualdé, & astringens 150
Diacidonium clarum & lucidum 158
Condimentum malorum ad uomitum compescendum 158
Conditura malorum ad cordis & stomachi imbecillitatem, coctionemq; iuuandam ibidem
Condimentum pirorum ad confortandum cor & uentriculum ibid.
Condimentum prunorum, uentriculi ardorem, & inde natam sitim extinguit, febres mitigat, aluũ soluit 154

Conditura prunorum ad eadem ibid.
Conditura nucum 157
Condimentum auellanæ 158
Condimentum myrobalanorum chebulorum, stomachum & uentriculum firmat, appetentiam incitat, coctionem promouet, rationalem animæ partem uegetam reddit & sensificam. Quapropter uisum quoq; clariorem, & usu crebro iuuentutem diu tuetur. 158
Myrobalani chebuli arte conditi 159
Condimentum Emblicorum, uentriculum roborat eius substantiam & facultatem contrahendo, et intemperiem humidam corrigendo 160
Condimentum radicis secacul, renes calefacit, uenerem excitat, flatus tamen uentriculi dissipat 160
Secacul conditum aliter 161
Zingiber conditum, frigidam uentriculi intemperiem & humidam sanat, concoctionem iuuat, uiscerum lubricitatem corrigit, flatus dissipat, alimenti in hepar & corpus reliquum distributionem celerat 161
Zingiberata ualdè delectabilis 162
Acorus conditus. ibid.
Conditum ex fructibus, appetentiam excitat, & bilem flauam ex uentriculo deturbat, eiusq; intemperiem calidam corrigit ibid.
Conditum ex succo fructuum 163
Saccha-

Saccharum rosatum, uentriculum & cor, & uiscera reliqua firmat, ipsorumq; intemperiem calidam & humidam emendat ibid.
Saccharum rosarum alio modo paratum ibid.
Saccharum rosarum aliter confectum 164
Saccharum uiolatum, bilis incendium sitimq; extinguit, aluum subducit ibid.
Saccharum buglossatum cor ipsum roborat, eiusq; tremorem & syncopem sanat ibid.
Conditum buglosi, optimum & expertum ad cordis tremorem, stomachi imbecillitatem, deiectã appetentiam, coctionem imbecillem, & formæ corruptionem 164
Saccharum Rosmarinatum 165
Mel rosatum ibid.
Mel rosatum aliud efficacius ibi.
Iuleb Rosarum, febrium, thoracis & uentriculi incendium, caloremq; flammeum extinguit, sitim inexpletam sedat. 166
Iuleb uiolatum, febres, phlegmones, pleuritidem, asperitatem gutturis & thoracis, ac tussim mitigat ibid.
Ad faciendum amarenatam ibid.
Ad faciendum zeleam amarenarum: sitim extinguit, & appetitum excitat 167
Pasta ex saccharo facta aliter, ex qua uariæ fructuum, uasorum & animalium formæ confici que-

unt: qui modus superiore melior est 169
Ratio conficiendi morselatam albam ibid.
Modus præparandi Sauoniam, quæ confectio fit apud curiales & dominos Venetos, quibus in locis multum &c. 170
Conditura penidiorum ibid.
Marzapanis conficiendi ratio, qui pectus, renes, hepar iuuant, genituram augent, uenerem stimulant, & ardorem urinæ tollunt. Optimi sunt alimenti, benè concoquuntur 171
Marzapanis confectura aliter 172
Panes Regij ex Amygdalis 173
Confectura Pineorum, quam Itali Pignocatam appellant 173
Manuschristi rosatum, medetur deiectis uiribus, ardentibus febribus, & imaginationes falsas abolet 174
Manuschristi uiolatum ibid.
Manuschristi Perlatum ibid.
Manuschisti cum fragmentis 175
Ad condiendum rancetos 175
Condimentum Pineorum 176
Conditum amygdalarum dulcium ibid.
Confectura auellanarum 177
Confectio garyophyllorum ibid.
Confectio cinnamomi ibid.
Confectio coriandrorum solidorum 178
Confectura

Confectura coriandrorum asperorum ibid.
Confectio anisorum 179
Confectio Moschata 180
Ad saccharum rubro colore tingendum ibid.
Saccharum, quomodo uiridi colore tingatur 181
Ad saccharum cœlestino uel nigro colore inficiendum ibid.
Ad saccharum glauco colore tingendum ibid.
Ad saccharum Turchino colore inficiendum 181
Ad saccharum uiolaceo colore tingendum 182
De conditura capparorum ibid.
Concretum Amygdalinum 183
Offa inaurata corpus obesat, hepar et renes iuuat, uenerem ciet 183

INDEX CAPITVM libri quarti.

Aqua odoris præstantißimi ad faciem quā sudaria imbuta atq; ad tergendam faciē adhibita, reddunt cutem albam fol. 199
Aqua cutem ex pallida coloratam reddens 281
Aqua ad faciem commendandam, ita ut mulier ea utens natu grandior non uideatur annorū uiginti aut uigintiquinq; 201
aqua ad faciem & alias corporis partes commendandas. 202

aqua cutem reddens albam salisq; adustionem auferens ibid.
aqua quæ reddit faciem iuuenilem ita, ut annum mulier non uideatur excedere. 203
aqua facilis ad idem. ibid.
Medicamen faciei aliud splendidum & quauis Regina dignum 204
Ad maculas faciei probatum 205
Modus parandi aquam seu lacrymam uitiũ 205
Aqua ad faciem illustrandam. ibid.
aqua melonũ alborũ ad faciem illustrandam 206
aqua cucurbitarum perfecta 207
Pulcherrimum ad faciem generans cutem nouam & pulcherrimam 208
Oleum ad faciei naturalem, sed nimium ruborẽ diluendum experimento comprobatum 209
aqua ex talco perfectißima ad faciem 210
Vnguentum argenteum reddens faciem albam, rubram, splendentem, quo utuntur mulieres nobiles in Italia 211
Quomodo supradicto unguento argenteo candor siue splendor colorq; addi queat 212
Ad faciem aliud unguentum 213
Rubrica ad faciem. ibid.
Ad faciem uenustandam 213
Aliud probatum 213
Ad maculas faciei quas pannas uocant, faciemq; pul-

pulchram reddendam ibid.
Aqua faciem dealbans 214
Ad faciem aliud. 215
Ad faciei lentigines. ibid.
Ad serpiginem faciei uel alterius partis ibid.
Ad pediculos ibid.
Aqua delens omnes maculas in manibus opificũ, atq; manus albas & molles reddens: ualet etiam ad solis ustionem. 216.
aqua faciem uenustißimam reddens eamq́;,ut Balsamum conseruans. ibid.
aqua nobilißima ad faciem,collum, & pectus, cuius magna copia parari potest 218
aqua rubra ad faciem uenusto colore pingendam multos dies colorem in facie conseruans 219
Alia facilior ac pretij minoris 220
Vnguentum ad faciem 221
Aliud. ibid.
Aqua uel lixiuium reddens capillos flauos atq; aurei coloris 221
Lixiuium ad lauandum caput,quod non solùm cerebrum & memoriam iuuat sed etiam capillos longos,flauos & lucidos reddit 222
Lixiuium capillos nigros reddens 223
Oleum capillos flauos, longos splendidos,ut aurũ reddens,quo quotidie quis uti poterit ibid.
Ad capillos flauo colore tingẽdos sine multo solẽ

facillimum & optimum 224
Vnguentum auferens in quacunq; parte corporis pilos 187
Oleum uel liquor auferens pilos, qui diu seruari potest, cuius est usus potißimus 187
Vt pili non renascantur, uel ut nascantur molles, ut prima lanugo 189
Plagula auferens pilos ex quacunque corporis parte 190
Secretum rarum quo mulieres nobiles Mauræ efficiunt ne pili filiabus suis ulla in corporis parte unquam enascantur 191
Plagula orientalis, qua mulieres utuntur ad faciem colorandam 192
Alia plagula 193
Vt barba capilliue nigri atq; elegantes fiant 193
Dentifricium omnium perfectißimum non solùm tergens dentes, eosq; albos reddens, uerùm etiã gingiuas conseruans 237
Conditum siue conserua ad tergendos dentes, gingiuas roborandas, & ad anhelitum commendandum 238
Modus siue ratio parandi pulueres, & conseruas ad dentes 239
Puluis albus & perfectus ad dentes omnium gratißimus 240
Aqua

Aqua distillata pretiosissima, subitò dentes reddens albos, eosq; conseruans 241
Præcepta tria ad conseruandos dentes albos & incorruptos, anhelitum etiam bonum 242
Decoctum ad dentes firmandos, gingiuas purgandas & consolidandas 243
Oleum capillos cito renascere faciens 184
Capilli ut renascantur. ibid.
Vt capilli crescant 185
Ad remouendos pilos à quacunque corporis parte 185
Aqua pilos remouens ibid.
Vnguentum pilos remouens. ibid.
Vt pili cadant 186
Vnguentum pilos ex facie remouens. ibid.
Aliud, quod depilat faciem, & illam reddit albam ibid.
Vnguentum ad casus barbæ 187
Vnguentum faciens capillos aureos 194
Oleum crines auro similes reddens, & faciem claram & planam 194
Vt capilli aureo colore tingantur 195
Vt capilli nigro colore tingantur ibid.
Linimentum capillos canos nigros reddens. ibid.
Aqua capillos longos, flauos ac splendidos, & faciem elegantem reddens 196
Oleum capillos flauos tingens 196

Ad capillos flauo colore tingendos ibid.
Ad capillos crispandos 197
Ad capillos spissandos ibid.
Ad capillos longos faciendos ibid.
Vt capilli longi & nigri fiant 198
Ad tollendos furfures capitis ibid.
Vnguentum ad pediculos, & lendes ibid.
Aliud ibid.
Faciem quæ rubicundam reddant 226
Aqua concilians faciei roseum & formosum colorem ibid.
Ad faciem rubificandam 227
Aqua formam faciei concicilians ibid.
Alia ad faciei nitorem 228
Aqua ad dealbandam faciem, & ruborem tollendum ibid.
Vnguentum faciem reddens albam. ibid.
Linimentum faciem albam reddens 229
Vt facies & reliquæ corporis partes pulchram & & iuuenilem speciem retineant. ibid.
Ad pannum faciei, medicamentum albificans & uenustans faciem 230
Aqua utilißima ad tollendas molestias omnes in facie nascentes &c. 230
Aqua ad faciem magonizandam 231
Vinũ aromaticũ ad ornatũ mulierũ, quod cutim albam, subtilem, purã & coloratiorẽ reddit. ibid.

Ad rugas faciei uetularum 232
Aqua rugas & faciei maculas tollens & cutim clarificans ibid.
Ad rugas faciei ibid.
Aqua ad splendorem & formam faciei. ibid.
Ad asperitatem faciei ex sole uel uento, & ad eam dealbandam & clarificandam 233
Ad ruborem faciei, bardos rubeos, cum intenso rubore nasi. ibid.
Aqua faciem denigrans. ibid.
Linimentum uestigia nigra tollens, & colorem faciei bonum faciens 234
Ad impetiginem faciei. ibid.
Ad abstergendum furfures à facie. ibid.
Ad dentes nigros & malè coloratos 235
Dentifricium. ibid.
Dentifricium dentes albos reddens ibid.
Aqua ad dealbandos dentes 235
Aliud 236
Aliud ibid.
Aliud ibid.
Ad extrahendos dentes sine dolore ibid.
Aqua dentes extrahens sine dolore 236
Puluis ad idem 237
Lignimentum ad manus dealbandas, & leuigandas 244
Aliud ibid.

Smegmata mulierum, quæ nitorem & leuorem faciebus inducunt ibid.
Linimentum frontem atq; ubera flaccida rugisq; deformata expoliens 245
Ad prohibendum incrementum mamillarum ibid.
Aliud ad idem ibid.
Ad mamillas laxas & molles indurandas 246
Ad abstergendum uentris rugas à partu. ibid.
Vt mulier non appareat deuirginata 246
Aliud ibid.

INDEX CAPITVM libri quinti.

Color cæruleus Indicus, siue transmarinus perfectus 247
Modus parandi laccam coccinneam 250
Ad ossa uiridi colore tingenda 251
Aliud ad tingenda ossa, aut ebur uiridi colore, ut smaragdi uideantur. ibid.
Ossa rubro, cœruleo, uel alijs coloribus tingenda. 252
Pulcherrimum ad ligna tingenda uariè quibus fabri lignarij utuntur, ad mensas conficiendas uarijs tessellis & figuris insignes ibid.
Modus conficiendi hebeni, ut uideatur naturalis 253

Ad pelles

Ad pelles cæruleo colore tingendas ibid.
Ad pelles rubro colore tingendas 254
Ad uiridem colorem pellibus inducendum 255
Aliter 255
Ad pelles cæruleo colore alio modo tingendas. ibidem
Ad pelles rubro colore tingendas 256
Aliud ad pelles uiridi colore tingendas ibid.
Ad hircinas pelles uiridi colore tingendas 257
Pellium è floribus liliorum tinctura 258
Ad ossa cæruleo rubroq; colore inficienda 258
Ad tingendas suillas setas, aut alia huiusmodi quibus uestes mundantur 259
Ad tingendas setas flauo, uel uiridi, uel cæruleo uel alio colore ibid.
Purpurinæ faciendæ modus quo colore aureus color ad pingendū & scribendum conficitur 260
Modus parandæ laccæ è uerzino 260
Modus parandi tabulas albas deletiles in quibus scribitur stylo, cuiusmodi sunt libelli qui in Germania fiunt 261
Scriptoriæ rubricæ ratio 262
Ad pelles inaurandas, quibus cùm alia tum peristromata & aulæa fiunt ibid.
Ad tingenda serica coccineo colore quod chermesinum uocant 263
Modus parandi uerzini quatuor colorum 264

Verzinum rubrum alio modo 265
Cæruleum transmarinum absq; lapide lazuli ibid.
Color uiridis ad scribendum & miniandum 266
Ad molendum siue terendum aurũ ad miniandum & scribendum ibid.
Aliter ibid.
Aliter cum purpurina 267
Compositio quæ Sisa uulgò dicitur, in qua aureæ bracteolæ expolitæ collocantur ibid.
Ad aurum ponendum simplex compositio ibid.
Aliter 268
Modus parandi colores ex omni metallorum genere ibid.
Ad aurum nigra materia reponendum ibid.
Marmor aut lignum, quomodo auro obducenda ibidem
Ad literas aureas sine auro faciendas 269
Vt literas argenteas absq; argento facias ibid.
Vt literæ uirides fiant ibid.
Vt literæ albæ scribantur 269
Liquor uiridis ad scribendum & pingendũ 270
Cærulei parandi ratio alia ibid.
Cinnabaris parandi modus ad scribendum ibid.
Aqua fortis ad serica, marmora, pannosq; linteos inaurandos 271
Libri auro quomodo obduci queant 272
Ad conseruanda ouorũ alba incorrupta ad cinnabarim

barim parandum, aliosq; colores absq; arsenico res perpaucis admodum cognita 273
Aqua fortis ad flores effigiandos 273
Aliter ad idem ibid.
Modus quidam hactenus ignoratus, sed facilis molendi auri uel argenti pulcherrimi coloris quod expoliri & gummi illustrari potest 274
Ad gummi faciendum (quam uernicem uocāt) pulcherrimum, ad dictum aurum illustrandum & omnia alia opera coloribus infecta & sine coloribus 276
Modus terendi siue molendi auri uel argenti facilis, quo peritiores artifices utuntur 277
Liquor aureus sine auro ibid.
Liquor aureus ad scribendum, & ferrum, ligna, uitrea, uasa, ossa, aliaq; auro obducenda 278
Alius modus ad idem facilis & non multi pretij ibid.
aliud ad inauranda quæuis metalla 279
Atramenti conficiendi modus optimus ibid.
atramenti puluis quem quisq; proficiscens secum ferre potest, modò aqua uel uino contemperetur. Hic etiam puluis reddit attramentum perfectius 280
atramentum paratum facile neque magno pretio, præterea non solùm ad scribendū, uerùm etiam ad libros imprimendos optimum 281

Liquor ad ſcribendum tanto candore præſtans, ut papyrum uincat, in eoq; legi poßit 282
Puluis abſtergens atramẽti maculas, uel literas ſcriptas in papyro, quæ res ſcitu eſt pulcherrima, atq; commodißima 283
Modus parandi uernicem firmißimã ad membranas, ſiue papyrum leuigandam, qua utimur ad ſcribendũ, quæ melior eſt, & pulchrior ea, qua uulgò utuntur, nec ut illa uulgaris malè olet 284
Liquor ad formandas lineas, quæ deinde cum ſuperſcriptum fuerit, auferri queunt, ita ut nullo modo appareant amplius 285

INDEX CAPITVM libri ſexti.

Modus ſublimandi Mercurij ſiue argenti ui ui, quo utũtur aurifices, alchimiſtæ, mulieres, atq; alij 286
Modus parandi cinnabaris, etiam ſi maſſas centum ducentarúmue librarum uel plus habere uelis, ſimiles ijs quæ ex Germania uehuntur, omnibus Italis adhuc incognitus 291
Chryſocolla, quam boracem uocant, quomodo purganda & multiplicanda 394
aqua fortis facilis & alijs præſtantior 301
Modus ueræ artis proplaſtices ad numiſmata aliasq; omnis

omnis generis mediocriter extantes formas ex metallo quouis aut etiam crystallo, uitro, marmore fingendas 302
Terra prima insundendis metallis apta 303
Secunda 303 Tertia 304
Quarta 304 Quinta 305
Sexta 305
Modus reducendi prædictas terras ad tantam subtilitatem ut fermè tactũ ipsum non recipiant 306
aqua, quam Magistrã appellant, ad prædictos pulueres contemperandos 307
Luti sapientiæ conficiendi ratio 308
De rebus quæ ad fundendi artem in promptu esse debent 309
Ratio numismata conflandi & exprimendi 318
ad numismata ex creta liquida penicillo formanda quod multò facilius est, quàm typis superioribus, sed formæ semel tantùm utiles sunt: nec res paulò subtiliores his effinguntur, quæq; penicillo denuo tangi non possunt 314
album ad numismata aliaq; opera dealbanda, etiã ad argentea opera antiqua expolienda & tanquam renouanda 316
aqua ad ferrum auro obducendum 317
Oleum ad idem 318
aqua ad ferrum auro foliato obducendum, uel auro argento uiuo resoluto, quo aurifices ad ar-

gentum inaurandum utuntur ibidem
ad ferrum argentumq; æris colorẽ tingendũ, quod ad inaurandum multo melius est, diutiusq; auri colorem retinet 319
aqua uel tinctura adamantibus tam ueris quàm adulterinis, siue ex sapphiro factis subijciẽda 320
Quomodo sapphiri albi in adamantes commutentur 321
aliud ad idem multo perfectius ibid.
ad balagios subtiles densandos pro annulis 322
Modus conficiendi gemmas duplices, cuiusmodi Mediolani fiunt ibidem
Pasta ad gemmas, ut sunt smaragdi, rubini, saphiri & similes, quæ non duplices, & glutine tincta, sed simplices, intus forisq; coloratæ & pulcherrimæ 323
Smaragdi alijq; lapides pretiosi quomodo conficiendi 324
ad comburendum crystallum & calcedonium ad dictam pretiosorum lapidum cõbustionem 325
aqua ad prædictas gemmas indurandas 326
argenti puri urendi modus ibid.
Secuudus urendi argenti modus 328
Tertius urendi argenti modus 329
Talci urendi modus 330
Modus ferri, æris, argenti inaurandi melior, faciliorq; quàm quo Germani uel Galli utuntur.

Quod

Quod autem hac ratione inauratur purum aurum esse uidetur 331
Ratio consumendi argenti uiui, ab inducto auro, auriq; perfectè colorãdi, sic ut auri solidi massa esse uideatur 332

INDEX CAPITVM libri septimi.

AQua ex nucibus immaturis, humano corpori utilißima 334
Ad uirium imbecillitatem ex nimio ueneris usu, remedium singulare 335
Ad lepram, faciei intumefactionem, pustulasq; hepatis & uentriculi affecti 336
Ad pedes, siue longa inambulatione, siue humoribus ad eos delatis, siue alijs de causis tumefactos 337
Ad eos, qui morbo aliquo, uel melancholia, imbecilles laßiq; ita, ut uix incedere queant. ibid.
Ad ebrietatem, eosq;, qui caput imbecillũ habent, uariaq; uina, ut in conuiuijs solet, potare coguntur 338
Ad membra contusa, non fracta ibid.
Ad Gonorrhœam, siue genitalis seminis profluuium ibidem
Liquor optimus sanans uulnera duobus diebus, carnemq;, ut naturale balsamum conseruans 339

Ad ossa cariosa, corrupta, fistulas, affectus prope incurabiles, optimum & probatißimum 339
Ad pisces capiendos, & lumen in tenebris faciendum 340
Ad oris malum odorē, ex uentriculi consensu ibid.
Ad uentriculi imbecillitatem 341
Ad uentriculi imbecillitatem, si cibum retinere non poßit ibid.
Ad callos & uerucas 342
Aliud Aliud ibidem
Aliud ad uerucas & callos ibidem
Aliud 343 Aliud probatum ibid.
Aliud rarum ibid.
Ad muscas, araneas, scorpiones, aliaq; similia, ædibus expellenda, probatum 344
Ad culices ibid.
Ad rosas, uel garyophyllos albos, uario colore breui tempore tingendos, probatum 345
Ad omnis generis arbores, ut fructus multò maiores solito ferant 346
Lixiuium horis octo, oliuas dulces reddens 347
Ad tineam 349 Aliud ibidem
Aliud facile probatum 350
Aliud ad tineam simplicem 352
Aqua ad scabiem probata 353
Alia, sine periculo probata ibid.
Ad omnem ustionem, probatum 354
Aliud

aliud 354
aliud ad idem 355 aliud ibid.
Pilulæ ex terebinthina, rarum 356
Iulapium solutiuum, ex ligustri acinis ad podagram ibid.
Oleum contra uenena, optimum & probatũ 357
ad urinæ ardorem, perfectum 359
ad maculas omnis generis, ex uestibus, pannisq́; delendas ibid.
ad purgandum smegma commune, durum à fœtore 360
ad maculas pannorum sericorum, & aliorum delendas 361
Compositio ex ambra nigra ad orbiculos conficiendos ibid.
Oleum nucis moschatæ 362
Oleum spicæ, perfectum 363
Oleum styracis, odoratum ibid.
Oleum beniouinum, odoratum 364
Oleum ladani, optimum 364
Oleum ex citri, alijsq́; odoratis floribus 365
Suffimentum facile pro ægrotis 366
Suffimenta longa rotundáue pro cubiculis ibid.
Puluis Cyprius odoris præstantißimi 367
Molẽdæ ambræ, ad orbiculos cõficiẽdos modus 368
Muscatina dulciaria præstatißima alba & rubra 369

Modus conficiendæ caphuræ factitiæ 370
Sceuum, quod Pomatum uocant odoratum & pretiosum ibid.
aliud in forma unguenti, ad oris, nariũ & pedum rimas, atq; ad quamuis inflammationem 372
aliud melius, probatumq́; 372
Smegmata diuersa, odorata, quibus tonsores utuntur 373
aliter 374
ad odorem smegmati conciliandum, quo tonsores utuntur 374
aliter 375 Aliud album ibid.
aliud simplex & bonum 376
aqua facilis, cutem leuem, tensam, splendidamq́; reddens ibid.
ad faciei maculas omnes, lentigines etiam, & cutẽ attenuandam, pulchramq́; conseruandam 377
aqua ad faciem & manus pulcherrimas reddendas 378
ad maculas, uel cicatrices delendas, morbo Gallico, uel alia affectione contractas ibid.
Pãnus uiolaceus ad pingendũ & scribendum 379
aliud ad idem 379
ad uiridem colorem 380
aliter ibid. Aliter ibid.
ad barbam & capillos gignendos, qui postea non defluant, probatum 381
ad pilos

ad pilos ex quacunque corporis parte depellendos 382
aliud 383
ad capillos canos, nigro colore tingendos 383
aliud quo matrona quædam Veneta est usa 384
aliud ibidem aliud ibid.
aliud ibidem aliud 385
aliud ad idem 385
aliud, rubros efficiens capillos, si cani fuerint ibid.
aliud nigros efficiens 386
aliud breui tempore capillos generans ibid.
ad candorem argenteum capillis absq; sole conciliandum, probatum 386
Massa dura, odorata, pomatæ similis ad lauandas manus, & oris, narium, manuumq; rimas consolidandas 387
Vt cutis candore præstet 388
Oleum, cutē pulchram splendidamq; reddens 389
aqua reddens cutem candidam & mollem, qua hodie Venetijs utuntur 390
ad faciem detergendam, maculasq; omnis generis, delendas ibid.
aqua ad faciei serpigines, næuos, aliasq; huiusmodi maculas 391
aliud, ad easdem maculas, rarum 392
ad lentigines faciei 392
aliud 393

ad omnis generis pustulas faciei, ex hepatis calore uenientes ibid.
ad serpiginem ibidem
Smegma ad omnis generis maculas, ex pannis delendas ibidem
aliud 394 aliud 394
aliud 395
aliud, ad maculas unctuosas ibidem
aliud, ad easdem maculas 595
ad maculas ex panno purpureo, siue è lana sit, siue serico, sine coloris detrimento delendas 396
ad maculas delendas ex pannis sericis albis, & cremesinis 396
aliud 397 aliud ibidem
ad delendas maculas atramenti, uel uini, ex pãnis linteis, uel è lana confectis ibidem
ad colorem delendis maculis imminutum pannis restituendum 397
aqua ad maculas delendas, ex pannis quouis colore tinctis 398
ad oleum aliúdue pingue ex pannis sine lotione, tollenda 398
ad pilos, sub axillis, sudorémq; extergendum, rarum. 399
aqua, ad dentes dealbandos ibid.
aliud festiuum 400
Color

Color uiridis, smaragdo similis ibid.
Ad marmora, & alabastrũ, cæruleo, uel uiolaceo colore inficienda 401
Rosæ uel flores garyophyllorum, quomodo insigniantur 401
Ad picturas illustrandas 402
Alia, quæ citò siccescit ibid.
Alia 403
Alia ad tingenda quæuis ossa, & ligna probatum ibidem
Ad maculas nigras pellibus albis inducendas, ut leopardi, uel pantheræ referant pelles, ualet etiam ad capillos & barbam canam infuscandam 404
Lapidis conficiendi ratio, qui sputo madefactus, flammam edat ibid.
Liquor aureus ad inauranda coria, argentum, & uitrum 405
Materia ad lapides formandos, quos Cameinos uocant 407
Modus conficiendi margaritas, naturalibus similes 408
Oleum Talci, eiusq; uires 409
Ad æris metalla, colore argenteo tingenda 411
Modus efformandi omnis generis frondes uirides, ut naturalibus similes habeantur 412

Ad ceram rubro colore tingendam 413
Ad ceram uiridi colore tingendam ibid.
Ad ceram nigro colore tingendam ibidem
Ad dealbandam ceram 414
Vitri fragmenta, ut ferruminanda, ibidem
Vitri fragmenta, quomodo conglutinanda, & est secretum expertum 415
Vestimenta ne tineæ tangant, ibidem
Ad pulices perdendos 415
Ad pulices necandos, aliter ibidem
Remedium ad pulices 416
Pulices ut in unū locum omnes congregentur ibid.
Aliter ibidem
Pulices ex tapetibus euocare 416
Ad pulices & cimices necandos ibidem
Aliud ad pulices & cimices 417
Pulices omnes ut unum in locum conueniant ibid.
Ad cimices ibidem
Ad cimices necandos, probatum ibidem
Aliud ad cimices interficiendos, expertum 417
Aliud ad cimices interimendos, probatum 418
Aliud ibidem
Aliud ibidem
Aliud ibidem
Aliud ibidem
Cimices ne proficiscentes contingant 419
Ad curculiones perimendos expertum 419

Aliud ibidem
Frumento ne curculio noceat, neu mures tangant ibidem
Ad expellendas formicas ex cauernis suis 420
Aliud ibidem
Ad formicas perimendas ibidem
Vt pisces omnigeni in unum locum congregentur ibidem
Emplastrum ad contusam seu percussam faciem, remouens inflationem &c. 421
Oculi mulierum flaui, ut fiant nigri ibidem
Aliud 422
Aliud ibidem
Ad pediculos palpebrarum ibidem
Ad fœtum mortuum expellendum ibidem
Vt mulier citò pariat expertum 422
Ad mingentes in lecto 423
Ad ligatos & maleficiatos à mulieribus 423
Aliud ibidem
Aliud ibidem
Aliud ibidem
Ad rubiginem ferro adimendum 429
Fungi ut toto anno apti sint ad uescendum ibidem
Ad ebur emolliendum ibidem
Ad plumbum liquefactũ manibus tractãdum 424
Vt candela ardens sub aqua deferatur ibid.
Ignis mistura, quæ sub aqua ardeat 425

Faces, quæ uentis non extinguantur 426
Lapis, ignem humido quouis excitans ibidem
Alia faciendi ratio 427
Aliter idem ibidem
Ignea mistura, quam Sol accendere potest 428
Ad curuationem in senio ibidem
Muscæ ut in unum locum congregentur 429
Ad culices perdendos ibidem
Contra clauos ibidem
Contra uerrucas &c. 429
Aliud ibidem
Ad mures perimendos 430
Aliud ibidem
Vt mures excæcentur ibidem
Ad dysenteriam 431
Aliud expertum ibidem
Contra morbum comitialem expertum ibidem
Remedium ad ficus ani 431
Aliud ibidem
Ad caluiciem 432
Vt gallinæ magna oua pariant, ibidem
Aliud ibidem
Oua ne comedant gallinæ 432
Ouum ut hominis caput magnitudine referat ibid.
Vt oua inscripta facias 433
Ouorum excubatio citra gallinam 434
Aliter ibidem
Gallinæ

Gallinæ ut pinguescant ibidem
Ouum in aere ascendat 435
Caro annosa & peruetusta, ut citius elixetur ac tenerescat 435
Anser uiuus excoctus ibidem
Vt pauo coctus uiuus uideri posit 436
Vt pisces charta frigantur 437
Atramentum ne frigore constringatur ibidem
Vt disecta caro iterum coalescat 438
Iter facientes, ut non defatigentnr ibidem
Vnguentum optimum præseruans iter facientes à frigore 438
Vt nauigantes æquor nõ patiantur nauseam ibid.
Contra pestem antidotum 439
Vuæ ut ad uer usq; reseruentur in uite ibid.
Vespa ut non pungaris ibid.
Literæ, ut confestim loco quouis emergentes nigræ & coloratæ fiant 440
Literæ, ut aqua uisibiles reddantur ibidem
Literæ ut penitus abstergantur ibidem
Oleum turbidum ut sedetur 440
Sordidum oleum, ut pellucidum fiat ibidem
Vt astantes sine capitibus uideantur 441
Domus ut argentea & luminosa uideatur ibidem
Domicilium ut uuarum plenum uideatur 442
Cubiculum ut uiride uideri posit 442
Cubiculum aliaq; omnia, ut nigra uideantur ibid.

Ad combuſtionem aquæ calidæ ibid.
Contra morſum canis rabidi optimum ibid.
Corpori infixa ut extrahenda 443
Vt menſibus æſtiuis uinum in congijs non cito uapeſcat ibidem
Medicamentum ſolenne partum facilitans 443
Vnguentum bonum ad ſcabiem &c. 444
Suprcilia piloſa ut depilanda ibidem
Aliud ibidem
Vnguentum bonum ad uermes ibidem
Aliud 445
Ad umbilicum tumeſcentem & erumpentem ibid.
Aliud ibidem
Aliud ibidem
Gutturi ſpinæ et alia infixa ut extrahi poßint 446
Ad feſtucas, ac puluiſculos aliaq; oculis infeſta, ut eximenda ibidem

INDEX CAPITVM libri octaui.

Vinum album ut nigrum fiat 447
Vino ſapore & odores diuerſos quomodo concilies ibidem
Vinum nigrum qui album fiat ibidem
Vt uinum palato arrideat 448
Vinũm nouum turbidum, ut citiò fiat clarum ibid.

Vinum odoratum & dulce, ut fiat ibidem
Vinum ut dulce fiat 449
à musto ut uinum dulce fiat ibidem
Vt mustum semper dulce tanquam recens permaneat 450
Vites ut uinum dulce reddant 450
Vinum uersatum quomodo clarificandum ibidem
Ad uinum fœculentum & turbidum clarificandum 451
Vinum ne conturbetur, aut putrescat, ibid.
Vinum ut splendidum fiat ibidem
Vt neq; tonitrua neq; fulgura peruertãt uina 452
Confectio mirabilis ad uinum seruandum ibidem
Vinum ut delectabile ad bibendum fiat 452
Vinum ne corrumpatur 452
Vinum corruptum, ut ad statum pristinum reducatur ibidem
Vinum corruptum quomodo restaurandum 453
Vinum ne acetum fiat ibidem
Vinum incipiens acescere quomodo curetur, ibid.
Vinum subacidum aut acetum, ut uini naturam induat ibidem
Mustum ne ebulliat 454
Vinum molle ut austerum fiat ibidem
Vt uinum nouuum uetus fiat ibidem
Vinum ne florem habeat ibidem
A uino aqua quomodo segregetur 454

Aliter 455
Vinum an habeat admiſtam aquam ibidem
Vinum quomodo liberetur à muſſa ibidem
Vt neq; tonitrua neq; fulgura peruertãt uina 455
Ad uinum graueolens ibidem
Vinum abſynthites, utile ſtomacho &c. 456
Aliud optimum ibidem
Aliud ſtomacho frigido &c. ibidem
Vinum ſaluiatum contra renum, ueſicæ &c. 457
Vinum borraginatum utile melancholicis, ibidem
Vinum ex marrhubio ad tuſsim &c. ibidem
Vinum roſaceum ad ſtomachi coctiones &c. ibid.
Vinum roſaceum ad ſtomachicos &c. 458
Vinum inulatum utile ſtomacho &c. ibidem
Vinum ex halicacabi grauis &c. ibidem
Vinum cydonites, prodeſt ſtomacho &c. 458
Vinum raſpatitium, prouocat appetitum &c. 459
Vinum è malis punicis ibidem
Vinum ſaluberrimum &c. 460
Vinum ad dyſenteriam ibidem
Vinum purgans, abortus facit &c. ibidem
Vinum ſcammonites, aluum purgat &c. 461
Vinum aromatites ad pectoris &c. ibidem
Vinum aromaticum ad iuuentutis conſeruationem &c. 462
Vinum crocatum lætitiam afferens &c. 462
Vinum hipocraticum ibidem

Aliud ad imbecillitatem ſtomachi 463
Aliud ibidem
Aliud ibidem
Aliud 464
Vinum hypocraticum ad cardiacos ibidem
Aliud ad thoracis & pulmonis &c. 465
Vinum hippocraticum facili ratione ibidem
Vinum hippocraticum laxatiuum 466
Vinum hippocraticum cum aqua ardente ibid.
Maluatici uini apparatus 467
Vinum maluaticum ibidem
Vinum de Romania ibidem
Vinum Græcum 468
Vinum muſcatellum ibidem
Muſcatellum rubrum ibidem
Vinum ſapore Rhetici ibidem
Vinum ſapore muſcatelli 469
Vinum ſapore Alſatici ibidem
Vinum zedoarticum 470
Vinum ſeneſcentium &c. ibidem
Claretum 471
Claretum ibidem
Claretum optimum 472
Aliud 473
Aliud 474
Claretum aduerſus affectus frigidos &c. ibidem
Aliud tempore peſtilenti præſeruans 475

Claretum

Claretum laxatiuum ibidem
Vinum saccharatum &c. 476
Vinum scillinum, omnem sanitatē affert &c. ibid.
Vinum scillinum ad concoquendum &c. 477
Vinosi quomodo abstemij reddendi ibidem
Aliter 478
Vt ex multo uini potu quis non inebrietur, ibid.
Vini haustu nimio ne inebrietur accumbens, ibid.
Vt quis citò inebrietur &c. 479
Vt quis à uini potu non oleat ibidem
Vt ebrij rursum sobrij fiant ibidem
Acetum scillinum &c. ibidem
Acetum scillinum concoctioni & sanitati commodum 480
Vt acetum acre permaneat ibidem
Aceti acris concinnatio 480

FINIS.

Errata.

Fol. 429. pag. 11. pro Semina lege Sauina
464. pag. 8. pro integrorum lege interiorum.

